MANVELIS AVGVSTI PALAEOLOGI

IN THEODORVM FRATREM DESPOTAM PELOPONNESI:

DEMETRII CYDONII DELIBERATIVÆ, IN CAVSA ſubſidij Latinorum, ac reddendæ Callipolis petenti Amurati.

Fraternæ pietatis, ac Chriſtiano-turcicæ hiſtoriæ monumento.

Adeodato Chriſtianiſſimo Galliarum Regi LVDOVICO XIV.

F. FRANCISCVS COMBEFIS Ord. FF. Prædicatorum in Conuentu S. Mariæ Annunciatæ Pariſienſis, Latinè reddita, ac notis illuſtrata, nunc primùm edidit, ac deuoti animi ſymbolo obtulit.

PARISIIS,
Sumptibus ANTONII BERTIER, viâ Iacobæâ, ſub ſigno Fortunæ.

M. DC. XLVII.

Cum Priuilegio Regis, & Superiorum permiſſu.

MANVELIS AVGVSTI PALAEOLOGI

IN THEODORVM FRATREM DESPOTAM PELOPONNESI:

DEMETRII CYDONII DELIBERATIVÆ, IN CAVSA ſubſidij Latinorum, ac reddendæ Callipolis petenti Amurati.

Fraternæ pietatis, ac Chriſtiano-turcicæ hiſtoriæ monumento.

Adeodato Chriſtianiſſimo Galliarum Regi LVDOVICO XIV.

F. FRANCISCVS COMBEFIS Ord. FF. Prædicatorum in Conuentu S. Mariæ Annunciatæ Pariſienſis, Latinè reddita, ac notis illuſtrata, nunc primùm edidit, ac deuoti animi ſymbolo obtulit.

PARISIIS,
Sumptibus ANTONII BERTIER, viâ Iacobæâ, ſub ſigno Fortunæ.

M. DC. XLVII.

Cum Priuilegio Regis, & Superiorum permiſſu.

LVDOVICO XIV.

FRANCORVM AC NAVARRÆ REGI CHRISTIANISSIMO.

PVDVIT Manuelem Augustum (Adeodate Rex Christianissime) sic male pro Gallorum Gentis indole ac genio exceptum esse, cum olim Gallias vrbemque ipsam Lutetiam imploratum auxilia, petiisset, vt exinde priuato carcere ac Bibliothecâ ambierit latebras, ac luci prætulerit. Nec vero nostrûm id moribus comparatum, vt honoris tantùm significationibus prosequamur; luxuque vano, ludis, epulis, si quos tales fortuna, seu magis casuum humanorum arbiter Deus ad nos destinat; sed vt magis efficaci iuuemus operâ, ac vel pristino restituamus ordini, vel conemur. Ita verò, ægra frigidioris Principis valetudo, eam rebus indiderat faciem, vt ab indole Gallicâ, ipsa plurimum Gallia desciuisse videretur; palamque alia esse, ac quæ Christi signa, infidelium victrix, Syriæ intulisset, totque ac tanta omni retrò ætate, Christianorum fratrumque subsidio, designasset. Enimuerò Manuelem iterum exciuit latebris; abstersit pudorem; nouâ, nostrisque ac Occiduis familiari donauit linguâ; in vrbis, aulæque, ac orbis publicum coëgit, quod nouum surgensque tuum illud iubar, omnium retrò decessorum splendores, micatibus clarioribus vicit vincitque, ac quali nunquam fortitudinis cum pari humanitate gloriâ, subditos populos; ac si qui Gallico nomine censentur; auxit. Gestit defectus senex, vel suis adeò deploratis, ac quibus dimidium sui; Theodorum, inquam, fratrem, ac generis scintillam, pro funere deplorat; noui Salomonis tuo delectari adspectu; Regemque, annis puerum, virum animis, videre ac colere, quem Dei iam dextera, magnificauit super omnes Reges terræ. *Stupet animo, puerilibus statim annis ausu felici perfecisse, quod alij vergentibus vix tentarint: terrorem paternum, quo semper orbis terrarum intremuit, deriuare ad suum nomen occepisse, prorsusque deriuasse: contra ætatis rationem partas victorias, quarum vix numerus ineatur; subactas vrbes, disiecta mœnia, expugnatas arces,*

captas munitiones : obriguisse minarum oblitos numerosos exercitûs, procinctos milites iamque dimicaturos, quibus inter gladios, vt fama erat, fœda numquam fuga subuenisset. Italiam exterritam ; Germaniam bello attritam : Morinos ac Belgas, quâ colla submisisse, quâ propediem submissuros, nauali amisso ac statione. Ac verò nouissimam maximè adgratulatur Dunkerkæ deditionem ; illius, inquam, tuorum sociorumque rapinis plenæ ; quâ, aliisque vtroque mari commodissimis stationibus, Ludouici æternùm Victoris felicibus armis ac auspiciis emissæ classes, eius nominis amorem pariter ac terrorem, vniuersis vbique inferant, vt quæque Gentes ad iustum habuerint : ac verè brachium Messiæ robustum, iis quoque probent, qui procul, vixque notione solâ Christianissimorum gloriam perceperunt. Luget desiderasse ætatem suam eius virtutis, ac potentiæ Solem, quo spes erat, feliciùs Christianis disiectum iri Bajacetis turbinem, quàm turbo alter Scytha Temeres, hostis & ipse Christi nominis, disiecit : fœdè quidem capto, atque ad necem compulso Bajacete Turcâ ; verùm Caphâ, Smyrnâ, aliisque Christianorum præsidiis, barbaricâ Temeris eiusdem immanitate deletis. Cæterùm lubens, quod Augustum par, Palæologorum occidentis familiæ, nonnullum decus offero, Tuas sibi ac fratris dotes ; vestrum, inquam, verè illud Augustum nihilominus par, florentis semper Borboniorum Gentis præcipuam gloriam, inspexisset, vnde virtutis characteres ducturum esset : vtque tempora minimè tulerint, vel se vobis quod inspiciatis, ac vestrorum comparatione virtutum componatis ac emendetis ; probetisque, aut aliquâ etiam parte improbetis, proponit : simulque concidentis Reip. statum, iamque penitus collapsæ, ac quibus fecerit ruinam ; quibusve æmula, ac Christiano infensa nomini bestia, offirmato cornu omnino contriuerit, cautionis politicæ ac prudentiæ regalis insigni documento, suggerit ; idque opportuniùs, quò & modò illud ipsum cornu, in nos ac Christianos magna loquitur, aut loqui quærit :

Majestatis Tuæ Christianissimæ

Deuotissimus seruus & cliens,
F. FRANCISCVS COMBEFIS
Ord. Pred.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΤΟΥ ΠΑΡΟΝΤΟΣ ΛΟΓΟΥ.

ARGVMENTVM HVIVSCE ORATIONIS.

Περιπαθὲς μὲν τὸ προοίμιον, καὶ οἷον εἰκὸς ἐπ' ἀδελφῷ μάλιστα πρέπον, ἐπιτάφιον ἐπ' ἀδελφῷ διεξιόντι. πατρίδος δὲ καὶ γένους βραχύ τι μνησθεὶς, ὁ τάδε λέγων θειότατος βασιλεὺς, οὐκ ἐπὶ πλέον ἐνδιατρίβει τῇ περὶ τούτων χρείᾳ. ἐπιβαινόμενος μὲν ἐπὶ τὰς τοῦ ἐπαινουμένου πράξεις, ὅσας οὐκ ὀλίγας, οὐδὲ βραχέων τῶν λόγων δεομένας· ἀπολογίαν δὲ ποιησάμενος, ὡς διὰ τὸ πᾶσι τούτων περιφανὲς, καὶ μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἀγνοούμενον, οὐκ ἀναγκαῖον εἴη καθέκαστον διεξιέναι περὶ αὐτῶν, **B** αὐτοῖς τούτοις καὶ μάλα σεμνύνει. ἐπειδὴ οὕτω τὴν καὶ αὐτὸν τὸν ἐπαινούμενον λόγον ἀψάμενος, πρῶτον μὲν περὶ τῆς ἐκ παιδὸς τροφῆς, καὶ τοῦ ὅλου ἤθους διέξεισι, καὶ οἷος τοῖς ὅλοις ἦν ὁ ἀνήρ· εἶτ' ἐπὶ τὰς πράξεις τε καὶ τὰ ἔργα χωρεῖ· καὶ πρῶτον μὲν ἐκείνων μέμνηται, ἅ ποτε περί τε τὸν πατέρα, καὶ ἑαυτὸν, καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων τοὺς τότε δεδυστυχηκότας, ἐπετράπη αὐτῷ, καὶ ὡς προσηνέχθη τοῖς τότε πράξασι. μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπὶ τὰ Πελοποννησιακὰ ἤδη **C** χωρήσας, πρῶτον μὲν τῆς εἰς τὴν χώραν ἀφίξεως μέμνηται, ὡς καὶ προσδοκηθεῖσα μόνον ὤνησε τὴν [illegible]· καὶ ὡς ἀφίκετο· καὶ ὡς παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἀσμένως ὑπεδέχθη. οὐ δὴ, καὶ τὴν περὶ τοῦ τε θείου καὶ ἀνεψιοῦ ἀψάμενος λόγον, εὖ μάλα φυλάττεται, τὸ μηδὲν ἐς αὐτοὺς ἀπηχὲς καθ' ὅσον οἷόν τε, μηδὲ φορτικὸν εἰπεῖν. ἔπειτα τῆς Ἰλλυριῶν αὐτόθι μετοικήσεως· ὡς δυσσκεπτόν γε ὄν, εἴτε παραδεκτέον αὐτοὺς ἐς τὴν χώραν, **D** εἴτε μή· ὃ δή, ἐδέξατό τε οὐ δοκοῦν οὕτω τοῖς πολλοῖς, αὐτὸς μάλα εὐστόχως βεβουλευμένος περὶ τοῦ συνοίσοντος, καὶ ἐς δέον τούτοις ἐχρήσατο. καὶ μετὰ τοῦτο, τῆς τῶν προσοίκων ἐχθρῶν ἥττης, καὶ τοῦ ἡγεμόνος συλλήψεως, δι' ὧν ἐκραταιοτέραν ἀποφαίνει καταστήσαντα τὴν ἀρχήν. εἶτα μετελθὼν ἐπὶ τοὺς ὡς τοὺς βαρβάρους αὐτομόλους ἥκοντας, καὶ πρῶτον κοινῇ περὶ τῶν τοιούτων

A Exordium quidem vehementiùs lugubre, ac quale maximè fratrem, super fratris funere orantem, deceat. Vbi autem oratorem agens, diuinissimus Imperator, parum quid etiam generis meminit, haud in eo diutiùs moratur. Porrò deuectus sermone ad viri acta, nec pauca illa, nec vt breui oratione explicanda forent, excusans, vt quia eorum splendor omnibus pateat, nec à quoquam negetur, haud necesse sit sin-**B**gula enarrare, eo ipso etiam valde exornat: sicque deinceps eius aggressus laudes, primùm de eius pueritiâ differit, vtque omninò habuerit moribus, ac qualis vir factus, fuerit vniuersis: tum verò ad acta ac res gestas procedit: primumque, eorum mentionem facit, quæ quondam in Patrem, eundemque ipsum, ac propinquos alios, cùm ij rebus aduersis vterentur, ab eo ge-**C**sta sunt, narratque vt ille in rebus habuerit: tum gradum faciens ad Peloponnesiaca, primùm meminit eius in prouinciam aduentûs, vt sola expectatio iuuerit, cùm res tãtùm in procinctu esset: vtque reipsâ aduenerit, sitque lætanter ab indigenis susceptus: quo loco, cùm cœpisset de auunculo ac consobrino dicere, optimè cauet, ne quid in eos, quoad fieri potest, absonum, aut graue dicat. Postmodum Illyriis ad eum commigrantibus, vt cùm dubium esset, num essent recipiendi in **D** prouinciam, nec ne, eos ipse, cùm multi secus putarent, optimè coniectans, ac quod conducens esset, consulens, receperit, sitque eorum operâ opportunè vsus: post verò, relatam de vicinis hostibus victoriam memorat, ac captum Principem, quibus ostendit corroborasse imperium. Tum transiens ad eos, qui ad Barbaros perfugissent, ac vbi primùm aliqua de illis communi ser-

mone locutus esset, nullum ex nomine pro modestiâ notat: pergitque deinde ad ipsum Barbarum, ac ea, quæ ille in ambos molitus esset, inducentibus perfugis, cùm & quædam à se etiam illum prouocarent. Ad hæc, meminit, vt cùm ipse, tum frater illum conuenerint, cùm necessitas tulisset, ac secus illi constitutum haberent; periculi item inde conflati, ac tristium aliorum quæ illic occurrerunt; vtque, ipse quidem Imperator ex Barbari voluntate, Constantinopolim iterum præter opinionem sospes reuersus sit, frater autem, qui iam ineluctabili laqueo teneri videretur, summâ inde fortitudine ac solertiâ profugerit in Peloponnesum, eóque reuersus, omnia iam, nedum quæ in Peloponneso, sed & si qua intra Ianuas erant, maximam partem in periculum adducta, sospitauerit: Vtque cùm Barbarus, ipse quidem ab Hellade mouens, non exiguam aut imbellem exercitum in Peloponnesum misisset, prohibuerit ille, non numeroso quidem exercitu hosti occurrens, sed duci exercitûs congruo stratagemate, rem conficiens, vt ne in prouinciam inuaderet; vtque demum eo facinore, iam concessa Barbaro & ab eo occupata, receperit, ac Imperio vindicarit. Post hæc reuersus ad commune illud bellum Barbari, factâque mentione, vt ex crebris cladibus eo victore cùm Christianis, tum Barbaris aliis illatis, res Romanorum grauiter affectæ essent, nec non susceptæ ab ipso nauigationis ac itineris ad Occiduas partes, narrat posteà, gesta interim à fratre: ac primùm quidem, vt Corintho, quæ versaretur in manifesto periculo, concreditâ Fratribus, cùm eandem ipsam à Barbarorum saluarit manu, tum inde rebus vniuersis non modicam opem compararit: ad hæc, vt cùm posteà visus esset, reliquam totam prouinciam illis cedere, res cum Barbaro omni meliùs spe composuerit, vtque receptâ prouinciâ, iterum res eius stabilierit, cùm nullâ iniuriâ Fratres affecisset, autue omninò damni aliquid intulisset. In his porrò diutiùs versatur sermo, quòd tollendæ opinionis causâ, per ignorantiam veritatis rei, vt omninò habuisset, apud nonnullos obtinentis, planè præstaret, horum quoque meminisse, nedum aliorum, quæ essent perspicuè bona, quàm silentio dissimulare. Siquidem enim nunc ta-

Ipsi Baiazeti assistentes, inque eius existentes curiâ.

A ἐπεξελθὼν, φειδοῖ τοῦ μηδενὸς αὖ ὀνόματι καθάψασθαι· ἔπειτ' ἐπ' αὐτὸν τὸν βάρβαρον χωρεῖ, καὶ οἷς κατ' ἀμφοῖν ἐπεχείρησεν, ὑπὸ τῶν ὡς αὐτὸν ἡκόντων αὐτομόλων ἐναγόμενος· ἐνίων δὲ καὶ οἴκοθεν μεταχειρουμένων. ἔπειτα, τῆς ὡς αὐτὸν ἀφίξεως μέμνηται, τῆς τε τούτου καὶ ἑαυτοῦ, ἀνάγκης τε γεγενημένης, καὶ παρὰ τὰ δεδογμένα σφίσιν, οὕτω δὴ συμπεπτωκυίας· τοῦ τε παρὰ ταύτην κινδύνου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκεῖσε ἀπηντηκότων δυσχερῶν· καὶ ὡς αὐτὸς B μὲν βασιλεὺς, γνώμῃ τοῦ βαρβάρου ἐπὶ τὴν μεγάλην αὖ πόλιν παρὰ δόξαν ἀνασώζεται· ὁ δ' ἤδη δοκῶν ἐν ἀφύκτοις ἔχεσθαι, μάλα ἀνδρείως τε καὶ εὐμηχάνως ἐκεῖθεν ἐπὶ Πελοπόννησον ἀποδιδράσκει, καὶ ὡς ἡ ἐπάνοδος τούτου, πάντα ἤδη, οὐ τὰ ἐν Πελοποννήσῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὅσα ἐντὸς πυλῶν, τὰ πλεῖστα κινδυνεύοντα διέσωσε· καὶ ὡς τοῦ βαρβάρου, ἐκ μὲν τῆς Ἑλλάδος ἀνακεχωρηκότος, πέμψαντος δὲ ἐπὶ τὴν Πε- C λοπόννησον, οὐκ ὀλίγην οὐδὲ φαύλην στρατιάν, ὁ δ' οὐ πλήθει ἀντιπάλῳ στρατιᾶς, ἐπινοίᾳ δὲ στρατηγίᾳ πρεπούσῃ κεχρημένος, κεκώλυκε ταύτην τῆς χώρας ἐπιβῆναι· καὶ ὡς διὰ τοῦτο τοὔργον, καὶ τὰ παρακεχωρημένα τῷ βαρβάρῳ, καὶ ἤδη ἐχόμενα, ἀπειλήφει τε καὶ ἐπανέσωσε τῇ ἀρχῇ. Εἶτ' ἐπὶ τὸν κοινὸν τοῦ βαρβάρου πόλεμον μετεληλυθὼς, καὶ ὡς πολλαῖς μὲν Χριστιανῶν συμφοραῖς, πολλαῖς δ' ἄλλων βαρβάρων ἐνευτυχηκότος, χαλεπῶς ἐντεῦθεν τὰ Ῥωμαίων D πράγματα εἶχε, μνησθεὶς, καὶ προσέτι τοῦ γε ἑαυτοῦ διὰ ταῦτα ἀπόπλου τε καὶ ἀποδημίας τῆς εἰς τὰ ἑσπέρια, ἔπειτα τὰ τούτῳ ἐν ἐκείνοις τοῖς καιροῖς πεπραγμένα διέξεισι· καὶ πρῶτον μὲν, ὡς Κόρινθον ἐν προφανεῖ οὖσαν κινδύνῳ Φρερίοις ἐγχειρίσας, αὐτήν τε ἔσωσε τῆς τῶν βαρβάρων χειρὸς, καὶ τοῖς ὅλοις πράγμασιν, οὐ σμικρὰν ἐντεῦθεν τὴν βοήθειαν ἐμηχανήσατο. ἔπειθ' ὡς χρόνῳ ὕστερον, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ἀρχῆς τοῖς αὐτοῖς δόξας παραχωρεῖν, τὸν πρὸς τὸν βάρβαρον πόλεμον, κάλ- E λιον ἢ ὡς ἄν τις προσεδόκησε, κατέθετο, καὶ τὴν χώραν ἀπολαβὼν αὖθις κατέστησεν, οὐδὲ Φρερίους, οὔτε ἀδικήσας, οὔτε τι βλάψας ὅλως. ἐπὶ πλέον δέ που τούτοις ὁ λόγος ἐνδιατρίβει, ὑπὲρ τοῦ τὴν ἐξ ἀγνοίας τοῦ ἀληθοῦς ὡς ταῦτα ἐπράχθη, κρατοῦσαν παρ' ἐνίοις δόξαν ἀνελεῖν, ἄμεινον ὂν ἐπιμνησθῆναι, καὶ τούτων πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκ τοῦ φανεροῦ καλοῖς, ἢ σεσιγηκέναι. καὶ γὰρ ἂν νῦν σεσιγη-

μένων, εἴ ποτέ τις ἐπὶ διαβολῇ μνησθῆναι πολμήσειε, τάχ' ἂν τισι τῶν τἀληθῆ μὴ εἰδότων, καὶ ἐπαληθεύειν δόξειεν, ὡς οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι σεσιγημένων, εἴ τι οἷόν λέγειν περὶ αὐτῶν. εἰρημένα δὲ καὶ φανερῶς κατασκευάσαντα ὡς ἐπράχθη, καὶ εἰς ἀπόδειξιν μᾶλλον ἐκ τοῦ ὡς ἑτέρως ἴσως δοκοῦντος περιέστησεν. εἶτ' ἐπὶ τὰς πρὸς τοὺς παλαιοὺς παραθέσεις χωρεῖ, ἡνίκα καὶ τῆς νόσου μνησθεὶς, ἐς τὸ περιπαθέστερον αὖ ἀποκλίνει· ἀποφαίνων ἅμα, οὐδὲν ἐλάττω τῆς ἐν τοῖς ἔργοις ἀνδρίας, τὴν παρὰ τὴν νόσον ἐπιδεδειγμένον. κἀνταῦθα δοὺς τι καὶ τοῖς παροῦσι τῶν ἀκροατῶν φθέγξασθαι προσῆκον ἐκείνοις αὐτοῖς, πολλῶν τε μεγάλων εὐεργεσιῶν ἕνεκα ὧν δὴ πεπόνθασι παρ' αὐτοῦ, τὸν αὐτὸν αὖθις ἐπαναλαμβάνει θρῆνον. τοῦτο δὲ ποιεῖ, ἅμα μὲν, ὡς ἀναπαύλης δεηθεὶς, διὰ τὸ τοῦ πάθους μέγεθος ἐπεχόμενος τὴν φωνήν· ἅμα δὲ, καὶ ὡς ἐπιθυμήσας, καὶ ἑτέρων πολλῶν θρηνούντων ἀκοῦσαι, διὰ τὸ περὶ τὸν ἀδελφὸν μανικὸν φίλτρον, πολλῶν καὶ μεγάλων αἰτιῶν ἕνεκα, ὡς αὐτὸς διέξεισι βασιλεύς. οὗ χάριν, τε ἀπὸ περιπαθοῦς εὐθὺς ἐνήρξατο προοιμίου, ὡς μὴ τὸ παράπαν δυνηθεὶς τῆς τε διηγήσεως, τῶν τε ἐπαίνων ἅψασθαι πρὸ τῶν θρήνων. οὐ μὴν, ἀλλ' ἐπὶ παραμυθίαν ὅμως μεταβὰς, ἀποπαύεται, ἐπιπλεκομένων ἑκάστῳ χρείᾳ, τῶν ἀεὶ προσηκόντων τε καὶ προσαρμοζόντων ἐπαίνων· ὡς μήτε τὸ πιθανὸν ὑπερβάλλειν, μήτε ἐλλείπειν τι τῶν ἐνόντων τε καὶ ἅμα δεόντων ῥηθῆναι, ὡς ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἔστι τῷ μετὰ τέχνης, ἀναγινώσκοντι θεωρεῖν.

A cerentur, vt quis postmodum tentaret meminisse ad calumniam, vtique posset apud aliquos gestæ rei ignaros, tanquam vera dicens habere fidem, velut non fuissent tacenda hic, vt qua de his dici potuissent: cùm relata, ac palam exposita vt gesta essent, in gloriam potiùs, ex eo quod forsan secùs videbatur, cessura essent. Deinde procedit ad comparandum cum antiquis, quando & morbi mentione factâ, iterum lugubrior, orationem componit; simulque ostendit, nihil minorem fortitudinem in morbo ostendisse, quàm B rebus gerendis: cumque hic subdito quoque auditorum Cœtui annuisset, vt & ipsi aliquid sibi congruum, pro pluribus ac magnis beneficiis, quibus ille eos demeruisset, loquerenrur, eandem rursus næniam resumit. Id porrò facit, cùm remissione aliquâ egens, impeditâ voce præ doloris vi; tum verò, quia etiam multos alios cupiat audire lamentantes, ob impensius illud ac insanum in fratrem philtrum, pluribus ac magnis de causis, quas ipse edisserit. Quamobrem etiam affectuosiùs quoque ac lugubriùs iterum ordi- C tur, tanquam omninò neque narrationem, neque laudes potuerit aggredi, priusquam fuisset indultum lamentis. Postmodum tamen ad consolandum descendens, finem dicendi facit, congruis ac aptis laudibus cuique loco intextis, vt neque excedat quod sit probabile, nec eorum aliquid deficiat, quæ dicto opus, ac congrua eranr, vt in singulis, quisque arte legens perspexerit.



Theodor van Merlen fecit

ΤΟΥ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΥ
ΚΑΙ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΚΥΡΟΥ ΜΑΝΟΥΗΛ ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ, ΛΟΓΟΣ

ἐπιτάφιος εἰς τὸν αὐτάδελφον αὐτοῦ δεσπότην τὸν Πορφυρογέννητον κῦριν Θεόδωρον τὸν Παλαιόλογον, ῥηθεὶς ἐπιδημήσαντος εἰς Πελοπόννησον τοῦ βασιλέως.

PIISSIMI AC CHRISTI
AMANTIS IMPERATORIS DOMINI
MANVELIS PALÆOLOGI, FVNEBRIS ORATIO

in proprium eius fratrem Despotam Porphyrogennetam Dominum Theodorum Palæologum dicta cùm Imperator esset in Peloponneso.

ΑΛΛΑ τί καὶ φθέγξομαι πρὸς A ὑμᾶς, ὦ παρόντες, μήτ' αὐτὸς λέγειν ἰσχύων, μήθ' ὑμᾶς ὁρῶν δυναμένους καθαρὰν τὴν ἀκοὴν ὑποσχεῖν τοῖς λόγοις. ἐμέ τε γὰρ ἀφωνία κατέχει ὑπὸ τῆς μεγίστης ταύτης συμφορᾶς· ὑμᾶς τε, τοῦτ' οἶδα παθόντας, οὓς ὁ νῦν θρηνούμενος διαφερόντως εὖ ποιεῖν. ἐπεὶ δὲ πάντως οὐ συγχωρήσετε σιωπᾶν, ἐλπίζοντές τι ῥηθήσεσθαι παρ' ἡμῶν, ὅπερ ἂν ἴσως συμβαίη τῇ παρούσῃ συμφορᾷ, ἐροῦμεν ὡς ἐφικτόν· ἐπεὶ καὶ τοῦτό γε τεκμαιρόμεθα, ὡς ἀμοὶ γέ πη χαλεπαίνετε, B τοῦ μὴ καὶ θᾶττον εἰρῆσθαι γεγονμένον τι. δῆλοι γάρ ἐστε τοῖς ὅλοις, τὴν τοῦ λόγου μέλλησιν μόνον οὐχὶ διαβάλλοντες, τῇ γλώττῃ μὲν οὐδαμῶς· οὐ γὰρ συγχωρεῖ τὸ πάθος, ἐνακμάζον ταῖς ψυχαῖς· τῷ δὲ ἀτενὲς εἰς ἡμᾶς ὁρᾶν, καὶ τοῖς κοπετοῖς, καὶ ὀλοφυρμοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν.

Η μὲν οὖν ἀπαίτησις, εὔλογος ἂν καὶ παρ' ὑμῶν γένοιτο, καὶ παρ' ἡμῶν τέλος λάβοι· δίκαια γὰρ δοθῆναι, πρὶν αἰτηθῆναι· μᾶλλον δὲ ἀποδοθῆναι, καὶ πρὸ τοῦ ταύτην ἀπαιτηθῆναι. καὶ ἐγὼ

ENIMVERO quid ad vos etiam loquar, Auditores, qui nec ipse valeam dicere, vosque videam non valentes puram sermonibus aurem accommodare? Cùm me enim, calamitatis huius immensitate attonitum vox fugit; tum vos eàdem quoque tatione scio affici, quos vir in præsentiarum lamentis prosequendus, præclarè adeò demeruit. Quia tamen haud omnino estis silentij facultatem facturi, qui fortè aliquid præsenti congruum calamitati audituros speretis, vtique pro virili quoque dicendum fit. Nam & mihi videor videre succensentes, quòd non citiùs operæptetium aliquid dixerim. Quippe omnibus liqueat, vt tantùm non detis crimini, sermonem hactenus distulisse: haud quidem id linguâ; non enim dolor vigens animis, sinit; sed vultibus in nos intentis, planctibusque, & eiulatibus, ac omnibus aliis.

Cùm sanè hæc à vobis meritò exigantur, tum à nobis opere compleantur; quæ sit iustum præstare, vel si nemo exigat: seu potiùs reddere, antequam etiam aliquis repetat. Equidem

à primâ iam die debitum reddituros eram, vt per facultatem licuisset: baud verò, quĕ graue adeò vulnus diræ huius calamitatis incessit, possim facilè. Ex quo enim applicatis nauibus, vestrę huius oræ, quam ille quondam aut omninò venatu, aut copias ducens, ambulauit, partem aliquam aspexi, profluunt lacrymæ fluminis instar, osque mutum, sermone interdicit. Illa enim hæc regio quam sic ille demeruit, vix non oculis, eius coram subiiciens formam, qui nunc informis iacet, nec omninò sanæ mentis statum retinere sinit. Vosque, viri Auditores, ignoscite, quem ablatus defunctus magnâ parte vitâ sensuque destituit, eique, qui non facilè desideriis vestris sit faciendo satis. Porrò iure merito ignoueritis, qui nec ipsi, à mortis eius doloribus penitiùs sauciis nobis quicquam possitis loqui. Conor quidem vt me debito exoluam, sed inuenior nihil conficere. Neque enim mentis omninò potis sum, ex quo amara adeò ac dira sagitta lethale inflixit vulnus, longè illa lethaliùs amara, quàm celebrata Homero.

Iliad. a.

Ex quâ sanè die, quem nunc lugemus, in humanis desiit esse, recepturus virtutis præmia, cum quâ vixit, ac est vitâ functus; bifariam diuisus, vix etiam spiritum ducere valeo: sic nimirum immensa calamitatis vis velut pręfocat. Necdum verò omninò consueta possim obire; at neque spes est, vt possim vnquam. Quomodo enim animus sanum quid vnquam pariat, post tantam mali læsionem? Quidve etiam loquatur lingua, quæ grandi adeò malo torpeat? vt neque excipiam, præsens argumentum potiores conatus exigere, quàm pro meâ dicendi facultate: quòd nimirum vir laudum encomiis celebrandus, omni longè laudatione superior sit, debeantque omninò qui eius virtutem funebri oratione sunt dilaudaturi, cùm dicendi peritiâ, tum præcipuè sensûs animi vigore præpollere. Hoc tantùm, vt lugentium medius constitutus sim, ac cùm meis ipsius, tum vniuersorum lacrymis dirè mihi animus distrahatur, qui fratrem lugeam; qui amicum; qui discipulum; qui filium: (quanquam etiam per occasionem, quæ patrum quoque ac magistrorum erant, ætate ipse iunior ostendit:) quem, inquam, hæc tanta, perturbatione non impleant, eiusque

A γε, τὴν πρώτην ἂν ἀποδεδώκειν τὸ χρέος, εἰ οἷός τ' ἦν ἀποδοῦναι. οὐκ εὐχερῶς δ' αὖ δυνηθείην, τῇ τῆς μεγίστης ταυτησὶ συμφορᾶς βεβλημένος πληγῇ. ἀφ' ἧς γὰρ καταχθέμενος ταῖς ναυσὶν, εἶδόν τι μέρος τῆσδε τῆς γῆς, ἣν ποτ' ἐκεῖνος πεπάτηκε, θηρῶν πολλάκις ἢ στρατηγῶν, τὸ μὲν δάκρυον προχεῖται κρουνηδόν· ἀφωνία δὲ κατέχει, καὶ οὐκ ἐᾷ φθέγγεσθαι. αὕτη γὰρ ἐστὶν ὁ χῶρος, ὃν ἐκεῖνος εὖ ποιῶν διατετέλεκε, μονονοὺ μοι τὴν μορφὴν ἀποφαίνων τοῦ νῦν ἀμόρφου, οὐδ' ἐν B τῷ καθεστηκότι καθαρῶς ἐᾷ μένειν. καὶ δότε μοι συγγνώμην, ὦ ἄνδρες, ἡμιθνῆτι γενομένῳ τῇ τοῦ οἰχομένου στερήσει, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἰσχύοντι τὸ ὑμῖν κεχαρισμένον διαπράξασθαι. δίκαιοι δ' ἂν εἴητε συγγινώσκειν, οἵ γε μηδ' αὐτοὶ πρὸς ἡμᾶς τὸ παράπαν δύνασθε φθέγγεσθαι, τῇ πληγῇ καὶ ταῖς ὀδύναις τοῦ πάθους βαλλόμενοι. τὸ μὲν γὰρ χρέος ἀποτιννύναι πειρῶμαι, εὑρίσκομαι δὲ μηδὲν ἀνύων. οὐδὲ γὰρ ὢν ἐμαυτοῦ τυγχάνω, καιρίαν C ταύτην δεξάμενος βέλει πικρῷ τε καὶ ἀτόπως· ὃ δὴ νῦν ἐκπεπληχὸς πολλῷ ἂν μᾶλλον σὺν ᾧ καιρῷ, ἢ τὸ πρὶν εἶπεν Ὅμηρος.

Ἐγώ γε δίχα τμηθεὶς ἀφ' ἧς ὁ νῦν θρηνούμενος ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο, ληψόμενος γέρα τῆς ἀρετῆς, ᾗ καὶ συμβεβίωκε καὶ συναπελήλυθε, μόγις ἀναπνεῖν ἰσχύω· ἄγχει γὰρ ἡ συμφορά. χρῆσθαι δὲ τοῖς εἰωθόσιν, οὔπω καλῶς δύναμαι· ἀλλ' οὐδὲ ἐλπὶς βεβαία εἰ δυνήσομαί ποτε. πῶς γὰρ ἂν τέκοι διάνοια, τηλικῷδε κακῷ πη- D ρωθεῖσα. τί δ' ἂν καὶ φθέγξαιτο γλῶττα, κακῷ τοσῷδε ναρκῶσα· χωρὶς δὲ καὶ τοῦ δεῖσθαι κρείττονος ἢ κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν τὸ παρὸν ἐγχείρημα· τῷ μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς ὑπερκειμένῳ παντὸς ἐπαίνου τὸν εὐφημούμενον, καὶ δεῖν εἶναι καθάπαξ τοὺς μονῳδήσοντάς τε καὶ ἐπαινέσοντας τὴν ἀρετὴν τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς, ἰσχυροὺς σοφίᾳ λόγων· ἰσχυροτέρους τὴν φρόνησιν. αὐτὸ δὲ, μέσαις ὀλολυγαῖς ἑστάναι, καὶ δάκρυσι μὲν τοῖς ἐμοῖς, δάκρυσι δὲ τοῖς τῶν πάντων δεινῶς μοι περισύρεσθαι τὸν νοῦν, θρηνοῦντι μὲν ἀδελφόν· θρηνοῦντι δὲ φί- E λον· θρηνοῦντι δὲ μαθητήν· θρηνοῦντι δὲ παῖδα· εἰ καὶ κατά τινας καιροὺς τὰ τῶν πατέρων ἐδίκουν καὶ διδασκάλων, καί τοι νεώτερος ὤν· τίν' οὐκ ἂν ἐμπλήσειε ταραχῆς, καὶ ἀμβλυτέραν ἐργάσαιτο τὴν αὐτοῦ διάνοιαν, εἰ δή τις ἦν ὁ λέγειν ἐπιχειρῶν, καὶ τῶν πάλαι ὑμνουμένων εἰς λόγων δύναμιν· πῶς οὖν ἂν ἔχοιμι

χρήσασθαι τοῖς ἐπιταφίοις, ὡς ἂν βουλοίμην. οἶμαι δ' ὑμᾶς, ὦ πενθοῦντες, μηδὲ ἐπιτρέψειν ὅλως βαδίζειν, εἴ γε ἦν ἐμοὶ βουλομένῳ μεταβῆναι μικρὸν τοῦ τάφου, πρὶν ἢ τιμήσαιμι λόγῳ τὸν ἀδελφὸν, ἅτε δὴ λαμπρὸν ἀπὸ τῶν ἔργων φανέντα. συνέχει γὰρ ὑμᾶς εἰς τοῦτο, καὶ συνωθεῖ ἅπαν δίκαιον. ὥστ' ἐγὼ μὲν ἕψομαι τῷ δικαίῳ, καὶ ἐρῶ τι, καὶ πενθήσω μετ' ἐγκωμίων, τὸν ἐμέ τε, καὶ ὑμᾶς ἐν πολλῷ τε καὶ ἀλήκτῳ πένθει καταλιπόντα. ὑμᾶς δὲ πάντας, εὐχὴν ἂν ἐμπλήσαιμι. πολλοῖς τοῦτο τεκμαίρομαι.

Γεγραπται μὲν οὖν ὁ νόμος τῶν ἐγκωμίων, πρὸ τοῦ κοσμεῖν τοὺς προκειμένους εἰς εὐφημίαν, τὴν ἐγκειμένην αὐτοῖς, καὶ δὴ καὶ τοὺς γονέας, πᾶσι δηλοῦν· καὶ μάλισθ' ὅταν τύχωσιν οὗτοι, καὶ ἀρετῆς οὐ σμικρᾶς, καὶ δόξης οὐ μετρίας μετεσχηκότες. οἶμαι δὲ τοὺς πλείους δοξάζειν, ὡς μᾶλλόν γε ἐνταῦθα χρῆσθαι προσήκει τῷ πάντ' ἀρίστῳ καὶ καλῷ τῷδε νόμῳ, ἢ ἀλλ' ὁπουδήποτε. εἰ γὰρ ἵνα τὸ γένος, καὶ ἡ πατρὶς, τῶν ἐπισήμων μὲν καὶ περιφανῶν, οὐ μὴν δ' εἰς τοὔσχατον δόξης ἐληλακότων, καὶ τὸ μηδένα λεληθέναι τῶν κατ' σφᾶς, ἀγαθός γε πάντως ὁ νόμος. ἵνα τοσαύτη περιουσία λαμπρότητος, ὡς μηδένι τῶν πρωτείων παραχωρεῖν, μηδὲ λεληθέναι τοῦ γῆς τὰ πέρατα, τὰ σφῶν πλεονεκτήματα καὶ τὴν ἀρετὴν, μάλιστα πάντων ὁ νόμος ἐνταῦθα οὐ περιττὸς δόξειεν ἄν. τὸ γὰρ ὑπερέχειν τούτων ἐν ἅπασι πάντων ἕνεκα, ἦ πού γε θαύματος ἄξιον. καὶ τοῦτό γε συνέστησιν, ὁ πάντα λήθῃ παραδιδοὺς χρόνος, ἀπονήσας ἐνταῦθοῖ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ δρᾶσαι. καὶ γὰρ τοσούτῳ μέγα ὑπερηκόντισαν, συχνῇ περιφανείᾳ καὶ κοσμιότητι, καὶ τῇ τῶν τρόπων χρηστότητι, καὶ τῇ τῶν προπάτων λαμπρότητι, ὅσον μηδὲ ῥᾴδιον εἶναι δεῖξαι. καὶ τοῦτο, λέληθε μὲν οὐδ' ἐνπνοιῶ τῶν ἁπάντων· παρέχει δὲ πάντας θαυμάζειν, οὓς γε οὐ λέληθεν. ἔνθα δὴ ταῦτα συνέδραμεν, ὁ νόμος ἀναγκαιότατος. ἔστι ταῦτα.

Ἐγὼ δὲ βούλομαι νῦν εἰπεῖν, βίαιον μέν τισιν ἴσως δόξον· ἀληθὲς δ' οὖν οἶμαι φανησόμενον. ὁ γὰρ νόμος, ἀναγκαῖος ὡς ἀληθῶς· οὐ μὴν δ' ἐπὶ πάντων οὕτως ἁπλῶς. ἵνα γὰρ συνέδραμε τοσοῦτος μὲν σωρὸς ἀγαθῶν, καὶ μηδένα λέληθε τῶν ἁπάντων· περι-

obtuderint vim ingenij, vel si futurus Orator eorum aliquis existimetur, qui pro dicendi facultate celebres olim habiti sint? Cæterùm puto, lugubris Concio, vt quanquam volens omninò possem, haud permissuros illaudato fratre à sepulchro abire quem sic opera clarum effecere. Quippe res est, in quam cogit ius omne. Sequar ergo quod iuris est, effaborque aliqua, ac lugens virum dilaudabo, qui discessu abhinc suo, grandi adeò luctui vtrosque obnoxios fecit. Verùm haud putem vestro me desiderio facturum satis, quod ex multis conicio.

Equidem iubet encomiorum ratio, vt Orator, primùm, ac antequam eos exornet, quorum habet propositam laudationem, eorum patriam ac parentes palam omnibus declaret; Idque cum primis, cùm illi, nec exiguâ virtute, nec modicâ gloriâ, clari extitere. Porrò non paucos fore existimo, qui eam legem, vt vsquam alio, hoc maximè argumento, optimam illam ac præclaram, arbitrentur operæpretium esse. Siquidem enim vbi eorum genus est & patria, qui illustres quidem ac clari, haud tamen ad summum gloriæ culmen euasere, ac vt ne quem eorum res lateant; benè prorsus illa habet: Vbi autem eorum gloriæ tantus exuperat cumulus, vt ne cui primas partes cedant, nec eorum prærogatiuæ ac virtus, orbis lateant fines; tunc maximè non spernenda videatur. Tanta quippe eorum in omnibus, ac omni parte excellentia, iure merito admirationi habeatur. Idque sanè etiam confirmat tempus, quod vniuersorum obliuionem faciens, hîc tamen nequiuerit præstare quod est comparatum. Tanto siquidem excessu superarunt, crebrâ gloriâ ac honestate, morumque bonitate, ac tropæorum splendore, vt nec facilè ostendi possit: eóque res, neminem latere potuit; conuertitque in admirationem, si quos non latuit. Vbi sanè ea concurrerint, videatur lex summè necessaria. Ita verò.

Cæterùm libens dicam, quod fortè nonnullis durius videatur, vt tamen veritatis speciem habiturum purem. Planè quidem necessaria lex; haud tamen simpliciter adeò, vt spectemus omnes. Vbi enim ingens adeò concurrit bonorum cumulus, nec vllos omninò latet, omnesque conuertit in admira-

Vt laudanda patria ac parentes.

Vt ea laus superflua.

tionem, stupentibus omnibus merita; haud prorsus necessaria videatur, eo ipso, quo aliis videatur necessaria. Ita meritò. Quorsum verò? Quòd nimirum eâ ratione existimem positam, vt qui ex bonâ radice, bono satâ solo prodierunt, boni omnibus ostendantur, cùm necdum etiam eorum vita sit prodita, ac omnium ore laudata. Qualis enim est arbor, ac quali orta solo, talem quoque necesse sit vt fructum ferat. Hac ergo parte, superuacaneam ac otiosam molitionem puto. Hic siquidem, eius legis finis, suâ ipse sponte, ac vltrò occupauit. Quis enim nesciat omnium, vt vir ille, sed & eius genus, maximâ vrbium; Constantini, inquam, vrbe; patriâ glorietur, vt & illud ab alio docendus videatur? Quis autem eius parentum nisi maximis laudibus meminisse possit? Vt quis verò, cùm patriam, tum parentes miretur, qui non etiam illis ortum, pari admiratione prosequatur? Cùm sic ergo hæc habeant, nec viri impræsentiarum celebrandi res vllum lateant, vtique otiosum sit, vt id probemus, quod perspicuè clarum est, ac nitamur ostendere, quod nulli sit occultum. Qui enim docere velit, habuisse patriam, Constantini vrbem; parentesque, viros eiusdem principes; bonamque ei patriam ac parentes fuisse; haud aliud meâ sententiâ fecerit, quàm vt pleno foro, radiisque æstum facientibus, extare solem super terram, ceu inscios docere velit.

Sanè vt eâ quis ratione, eam antiquis; optimam illam; positam legem, præsenti argumento omittendam putauerit, haud vllam, ab iis ipsis quibus sit posita, vt ij adhuc in viuis agerent, vlloue sapiente, reprehensionem vnquam tulerit. Neque enim talis celebrando viro patria, aut parentes, vt eis ab inuicem honorem mutuari necesse sit; at neque is necesse ab illis habeat; tametsi mutuò honorem sibi addunt, quomodo iuncta lumina, mutuum splendorem ac lucem, vicissim intendunt. Vti ergo præfati sumus, vt sit bona lex, haud tamen impræsentiarum exornando viro necessaria: quin ille, ex propriâ magis virtute, suisque ipse meritis, quàm ex patriâ, ac auis, magnoque illinc splendore, clarus fuerit. Vt autem etiam illa, parentesque ac aui, notum illum, ac suis ipsum me-

χαι δὲ πᾶσι θαυμάζειν, ἐκπληττομένοις τὰ κατορθώματα, οὐκ ἀναγκαῖος ὁ νόμος ἐστὶν, αὐτῷ γε τούτῳ, ᾧ γε τοῖς ἄλλοις ἀναγκαῖος εἶναι δοκεῖ. δικαίως. διὰ τί; ὅτι τὸν νόμον οἶμαι τετάχθαι, ὅπως οἱ ῥίζης ἀγαθῆς ἐν ἀγαθῷ πεφυτευμένης χωρίῳ, ἀγαθοὶ πᾶσι δειχθῶσι, καὶ πρὶν ἢ τὸν βίον αὐτοῖς φανῆναι, καὶ παρὰ πάντων ἐπαινεθῆναι. ὁποῖον γὰρ ἂν ᾖ τὸ φυτὸν, καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ πεφύτευται, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ φέρειν. ἐνταῦθα τοίνυν, περιέλκειν οἶμαι τοῦτο καὶ περιττόν. ὁ γὰρ τοῦ νόμου σκοπὸς, ὥσπερ αὐτόματον φθάσας γέγονε. τίς γὰρ τῶν πάντων οὐκ οἶδεν, ὡς εἴη μὲν ἡ μεγίστη πόλις· τὴν Κωνσταντίνου, φημί· πατρὶς ἐκείνῳ τῷ ἀνδρὶ, καὶ δὴ καὶ γένει τοῦ ἐκείνου, ὥστε καὶ δεῖσθαι παρ᾽ ἑτέρου τοῦτο μανθάνειν; τίς δὲ ταύτης ἔχει μνησθῆναι, καὶ τῶν φυσάντων, ἄνευ ἐγκωμίων μεγίστων; θαυμάζων δέ τις, τήν τε πατρίδα, τούς τε γονέας, πῶς οὐχὶ καὶ τὸν ἐκ τῶνδε τούτοις συνεθαύμασεν ἄν; ὅτε τοίνυν ταῦτα οὕτω, καὶ οὐδένα λέληθε τὰ κατὰ τὸν νῦν εὐφημούμενον, μάταιον περιεργον ἢ κατασκευάζειν λίαν σαφὲς, καὶ δεικνύειν ἐπιχειρεῖν, ὃ μηδενὶ κρυπτόμενον; ὁ γὰρ διδάσκειν οἶμαι βουλόμενος, ὡς ἡ Κωνσταντίνου τοῦδε πατρὶς καὶ γονεῖς οἱ ταύτης κοσμήτορες, καὶ ἀγαθοί γε τούτῳ καὶ ἡ πατρὶς καὶ οἱ φύσαντες, παραπλήσιον ἂν εἴη ποιῶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀνθρώπους διδάσκειν ἐβούλετο, πληθούσης τῆς ἀγορᾶς, καὶ τῆς ἀκτῖνος ἀπάσης θερμαινούσης, ὑπὲρ γῆς τὸν ἥλιον εἶναι.

Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τῇδε παραδραμών τις ἐνταῦθα, τουτονὶ τὸν τοῖς ἀρχαίοις τεθέντα νόμον ἄριστον ὄντα, οὔτε παρὰ τῶν θεμένων οἶμαι τὸν νόμον, εἰ ἔτι μεθ᾽ ἡμῶν ἦσαν, οὔτε παρ᾽ ὁτουοῦν εὖ φρονοῦντος, δέξαιτ᾽ ἄν ποτε μέμψιν. οὔτε γὰρ ἡ πατρὶς αὐτοῦ, οὔθ᾽ οἱ γονεῖς, ἐπιδεεῖς τῆς παρ᾽ ἀλλήλων τιμῆς· ἀλλ᾽ οὐδὲ αὐτὸς ἐκείνοις τῆς παρ᾽ αὐτῶν ἀναγκαίως, εἰ καὶ παρ᾽ ἀλλήλων ὅμως τετίμηνται, καθάπερ φῶτα συναύζοντα τὴν ἐξ ἀλλήλων ἀστραπήν τε καὶ λαμπηδόνα. καλῶς ἄρα εἶπον, ὡς ὁ νόμος ἀγαθὸς, ἐνταῦθα δι᾽ αὐτὸν οὐκ ἀναγκαῖος. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς ἐπαίνους δεχόμενος παρ᾽ ἡμῶν ἤδη, ἐκ τῆς προσούσης ἀρετῆς, καὶ τῶν ἰδίων κατορθωμάτων μᾶλλον λαμπρύνεται, ἢ τῆς πατρίδος, καὶ τῶν φυσάντων, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἄγαν λαμπρότητος. εἰ δὲ καὶ αὕτη, καὶ οἱ γονεῖς, γνώριμον ὄντα καὶ λαμπρὸν ἐκ τῶν καθ᾽ αὑτὸν,

γνωριμώτερον τὸν ἄνδρα πᾶσιν ἀπέφηναν τῇ παρ' ἑαυτῶν ἀρετῇ, καὶ προσεθήκαν τούτῳ δόξης ἐχόμενον κατὰ τὴν ἤδη ῥηθεῖσαν ἡμῖν εἰκόνα· ἀλλὰ καὶ ὅτι καὶ ἡ πατρὶς, πολλῷ γε μᾶλλον γνωρίζονται δι' αὐτὸν τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς ἀνθρώποις, ἢ τὸν πρὸ τοῦ πάντα χρόνον. ὅσοις μὲν γὰρ ἐκεῖνος, καὶ ἡ πατρὶς, καὶ οἱ φύσαντες· οὕτω γὰρ ἐπὶ τῶν ἀρίστων φιλεῖ συμβαίνειν· πᾶσι δ' αὖ ἐκεῖνος· καὶ δὴ καὶ ἡ πατρὶς, καὶ οἱ φύσαντες. πλὴν, τὰ πάντα λογιστέον τῇ ῥίζῃ. εἰ γὰρ δὴ καὶ λαμπροτέρα καθίσταταί τις πατρὶς, ἢ πατέρες γενναῖον ἀγαγόντες, ἀλλὰ καὶ τοῦτο παρ' αὐτῶν ἐξελθὸν, εἰς αὐτοὺς ἀνατρέχει, οἴκαδε φασὶν, ὥσπερ ἐν κύκλῳ βαδίζον· τοσαῦτά γε ἡμῖν περὶ τούτων· ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν ἀπειθεῖν τῷ νόμῳ, ἀφοσιωσάμενοι, ταχέως ἀλλαξόμεθα.

Πατρὶς μὲν αὐτῷ, ἡ βασιλεύουσα πόλις τε καὶ μητρόπολις· ἥ τις αὐταρκὴς ἑαυτῇ, καὶ οὐ δεῖταί γε τῶν παρ' ἡμῶν ἐπαίνων εἰς εὐδοξίαν. τοσούτῳ γὰρ καλλίων ἐστὶ τῶν θαυμαζομένων πόλεων ἁπασῶν, καὶ περιέχει τούτων, καὶ ὑπερβέβηκε πρὸς πᾶν ἀσύγκριτον ἀγαθὸν, ὅσῳ καὶ τιμιωτέρων ἦρχεν ἐξῆς ἁπάντων, καὶ ἐθνῶν, καὶ βασιλέων τῶν ἐπὶ γῆς· οὐ τοσοῦτόν γε πολυχειρίᾳ καὶ σιδήρῳ νικῶσα, ὅσον ἀρετῇ καὶ λόγῳ, καὶ τὸ, Κωνσταντῖνον ταύτῃ τὸν ταῖν χεροῖν τὰ σκῆπτρα κατέχοντα, βασιλέα τε αὐτὸν ὡς ἀληθῶς ὄντα, καὶ στρατηγὸν, καὶ ταμίαν τῶν ἀγαθῶν ἅπασι· καὶ τὸ πάντων κάλλιστον, τῷ Θεῷ διαφερόντως πεφιλημένον, καὶ εὐσεβείας ἀκραιφνοῦς, καὶ ἀρετῆς ἕνεκα πάσης· ὅς γε δημιουργὸς ταύτης ἐγένετο, οὐκ ἄνευ θείας κινήσεως καὶ ῥοπῆς· καὶ τοῦθ' ἡμῖν ἐξαρκεῖ, ἀντὶ μυρίων μὲν ἐγκωμίων, μυρίων δὲ ἐπαίνων, μυρίαν ἀρετὴν ἀποδεικνύντων τὴν πόλιν ἔχουσαν. ὅπου γὰρ τοιοῦτος μὲν ὁ δημιουργὸς, ἡ δὲ ὁρμὴ τῆς οἰκοδομίας, θεόθεν αὐτῷ τῇ ψυχῇ γέγονε· θεόληπτος γὰρ ἀνὴρ, καὶ πάντα τούτῳ σὺν Θεῷ διεπράττετο· περίεργον ἂν εἴη σαφῶς, κοσμεῖν πειρᾶσθαι τὴν πόλιν ἑτέρῳ τρόπῳ, εἰ καὶ παρέχει μυρίας τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαίνων.

Γονέας δ' αὖ, καὶ τὴν σειρὰν ὅθεν τὸ γένος αὐτῷ, οὐκ ἂν σὺν τῷ καιρῷ καταλέγοιμι· οὔκουν οὐδὲ τρόπαια τἀκείνων καὶ κατορθώματα, ἀμαυροῦντα τὰ τῶν πάλαι τῇ παρ' ἑαυτῶν ἀστραπῇ. εἶεν γὰρ ἂν ἀνεφίκτοις ἐπιχειροῦντες οἱ τοῦτο διώκοντες. δοκῶ δέ μοι ἀρκεῖν, τοσοῦτον εἰπεῖν. οἱ τί-

A ritis clarum notiorem illustrioremque, suâ ipsorum reddiderunt virtute, ac iuxta modò positam imaginem, gloriæ ei cumulus fuerint; iidem nihilo secius ipsi, ac patria, illustriotibus augmentis, ac omnis retrò ætas tulisset, omnibus vbique per illum claruerunt. Quibus ille ornamentis claret, iis quoque patria ac parentes. Sic enim libens in optimis accidit. Rursus verò, claret ille omnibus, sed & patria, & parentes. B Verùm sint omnia adscribenda radici. Quanquam enim illustrior quoque tedditur patria, aut parentes, vt ingenuum quid præclarumque ediderint; quod tamen ab eis productum est, ad eos recurrit, à domo in domum velut circulo, quod aiunt. Hæc hactenus.

Primaria laus parentum ac radicis.

Patriam quidem, vrbem regiam habuit, ac vrbium matrem. Eius ea celebritas, vt sibi ipsa sit satis, nec nostris ad gloriam laudibus egeat. Tantò enim vrbibus omnibus, si quæ habent C admirationem, antefertur, ac præstat, omnique bonorum cumulo citra comparationem superat, quantò etiam finibus vniuersis, gentibusque ac regibus terræ, dominata est: non tantùm exercitûs numerositate ac ferro, quantùm virtute ac ratione præpollens; quodque Constantino glorietur, manu tenente sceptra, eodem reuerá, cûm Imperatore, tum duce, vniuersisque bonorum custode; quodque maius omnibus est, Deo eximiè caro, cùm sinceræ pietatis ergo, tum propter virtutis totius cumulum. Is vtique vrbis conD ditor, nec nisi diuino nutu ac impulsione; quod ipsum abundè sit, sexcentorum encomiorum loco, sexcentarum vice laudationum, quibus innumeram quandam ostendamus ciuitatis virtutem. Vbi enim talis est conditor, cœlitusque animo condendæ studium immissum fuit: Quippe extitit vir Deo afflatus, ac cui omnia cum Deo gerentur; superfluum liquidò sit, vt aliâ E quis ratione studeat vrbem laudare, tametsi illa, innumera laudum argumenta suggerit,

Patriæ laus.

Qualis Constantinus ac quali consilio vrbem condidit.

Parentes autem, ac maiorum, quâ genus traxit, catenam, haud per tempus facilè possim percensere; nec verò illorum trophæa, resque eas, quibus illi, antiquis præclarè gesta, suo splendore obscurant. Sanè vt quis hoc persequatur, impossibilia tentat. Mihi verò satis hactenus videtur dictum.

Laus parentum.

Viri itaque in laudis argumentum nobis propositi, parentes auique, haud vllis, si qui vllo vnquam æuo laudem habuerunt, deteriori loco; quin & potiori, vniuersorum suffragio habendi videantur: qui nimirum antiquâ successione Augusti ab Augustis optimis, continuâ descenderint serie, honestique ac clari extiterint, non tam dignitatis prærogatiuâ, quàm quòd vitam è ratione instituendam sanctum habuerint, probéque regendum Imperium, ac demerendam patriam, bonaque omnia subditis concilianda. Quanquam enim etiam à dignitate ac purpurâ clariores fierent, ipsi nihilominus claritatem vicissim rependebant, nedum corporis venustâ specie, sed & animi cumprimis honestate. Id quippe ducebant probro, vt externo tantùm ac temporaneo ornatu ambitum præferrent; non vt potius, suis ipsi meritis, ac firmiori decore pollerent. Cùm itaque probo res suas instituentes consilio, nihil diuinæ virtuti præhaberent, legitimè ac piè, patres magis, quàm dominos in subditos agêtes, regnauerunt; ludentiu'que pro eis adeuntes pericula, quàm aliis otia adire moris sis. Verùm præteteo eorum res. Nec enim id nobis fuit constitutum, vt eos laudaremus; sed vt potius, virum nobis in argumentum laudis propositum, ex ipsius propriis, quantâ enituerit virtute ostendamus.

Qualis Theodorus à primâ ætate.

Ille equidem regiè educatus, multâ à puero indolis bonitate effulsit: atque adeò puerili adhuc ætate agens, quis processu temporis euasurus esset, omnibus ominandum præbuit: vt omninò vtique optimus, patriæ, parentibus, amicis, ac prorsus omnibus, quibuscum esset versaturus, ac quos innatâ illâ bonitate esset imperiiturus. Tantâ sanè disciplinis omnibus capessendis habilitate fuit, ac sic celeriter omnes percurrit, vt & sophistarum ac ludimagistrorum, ac si qui honestum aliquid docturi videbantur, eximiâ quadam facilitate ac genio, sedulitatem præuerterit. Quamobrem continuè alios ex aliis magistros mutans, quærebat à quo noui aliquid disceret; tanquam qui citò perciperet omnia, si qua illi tradere possent: palamque alternantium ætatum, nedum annos, sed & naturam ac indolem; atque hanc potissimè; subiectum arguebat. Quamobrem, poëtæ

A νων εὐφημουμένων φύσαντες, οὐδαμῶς που πάντως ἐλάττους· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀμείνους φανεῖεν ἂν πάντες ἅμα, τῶν διὰ παντὸς ὑμνουμένων τοῦ χρόνου· ἄνωθεν μὲν βασιλεῖς, ἐκ βασιλέων ἀρίστων, συνεχεῖ διαδοχῇ κατιόντες· κόσμιοι δὲ καὶ λαμπροὶ, οὐ διὰ τὸ χρῆμα μᾶλλον, ἢ τῷ, λόγῳ ζῆν ἐθέλειν, καὶ τὴν βασιλείαν ἰθύνειν, καὶ ποιεῖν εὖ τὴν πατρίδα. καὶ τῶν χρηστοτέρων πάντων πρυτάνεις ἦσαν τοῖς ὑπὸ χεῖρα. Εἰ B γὰρ καὶ τὸ χρῆμα τοῦτο καὶ ἡ πορφύρα λαμπροτέρους ἀπέφαινον, ἀλλὰ καὶ αὐτοί πως αὖθις, ἀπέφαινον ἐκεῖνα λαμπρότερα, οὐ μόνον ὥρᾳ σώματος, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς κοσμιότητι. ἡγοῦντο γὰρ, εἰ μόνον γε τοῖς ἔξωθεν καλλωπίζοιντο καὶ προσκαίροις, ἀλλὰ καὶ πολλῷ γε μᾶλλον τοῖς οἴκοθεν καὶ μονιμωτέροις. τῆς οὖν θείας ἀρετῆς, εὖ ποιοῦντες, μηδὲν ἀεὶ προτιμῶντες, ἦρχον ἐννόμως καὶ εὐσεβῶς, πατέρων μᾶλλον, ἢ δεσποτῶν τοῖς C ὑπηκόοις σώζοντες τύπον· ἢ προκινδυνεύειν αὐτῶν αἱρούμενοι, ἢ ῥᾳθυμεῖν ἑτέροις. ἐῶ δὲ λέγειν τὰ περὶ τῶνδε· οὐδὲ γὰρ προκείμενον ἦν ἡμῖν, τοὺς ἄνδρας τούτους ἐγκωμιάζειν· αὐτὸν δὲ τοῦτον τὸν νῦν ἡμῖν εἰς εὐφημίαν προκείμενον, ἐξ αὐτῶν τῶν ἑαυτοῦ ἡλίκος ἦν τὴν ἀρετὴν, ἐπιδεικτέον ἡμῖν ἐστιν.

Ἐτράφη μὲν βασιλικῶς· ἐκ παίδων δὲ ἐδείκνυ τὴν εὐφυΐαν· μᾶλλον δὲ, παι- D δίον ὤν, πᾶσιν ἐδίδου μαντεύεσθαι, ὅστις ἂν εἴη προϊών· ὡς ἄρα πάντη βέλτιστος, πατρίδι καὶ γονεῦσι καὶ φίλοις, καὶ ὅλως οἷς συνεγένετ' ἂν καὶ μεταδοίη τῆς ἐμφύτου χρηστότητος. καὶ μὴν πρὸς πᾶσαν μάθησιν οὕτω δεξιῶς εἶχε, καὶ μετ' ὀξύτητος ἐπεῖχεν, ὥστε καὶ τὴν προθυμίαν τῶν σοφιστῶν, καὶ τῶν παιδοτριβῶν, καὶ τῶν ὁπουοῦν χρηστὸν ἐπιτήδευμα διδα- E σκόντων, ὑπερφυῶς ὑπερήλαυνεν. ὅθεν τούτους συνεχῶς διαμείβων, ἐζήτει τὸν διδάξοντά τι καινότερον, ὡς αὐτίκα πᾶν λαμβάνων, ὅπερ ἂν εἶχον διδόναι. καὶ τὴν τῆς ἡλικίας σαφῶς ἐλέγχων, ὕλην οὐ τὸν χρόνον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν ἔχουσαν· καὶ τὴν δὴ μᾶλλον, ἤπερ ἐκεῖνον. ὥσθ', ὅπερ τις τῶν ποιητῶν

ἐδίδα-

ἐδίδαξε, τῇ γλώττῃ, ἀνθρώπου ἀνθρώπου διαφέρειν τοσοῦτον, ὅσον ἀετοὶ κοράκων, αὐτὸς ἔργῳ ἔδειξε, τῷ πεφυκότι τοὺς ἡλικιώτας ὑπερενεγκεῖν, ὅσον οὐδ᾽ ἐδίδου τούτοις, ἐρίζειν πρὸς αὐτὸν ἁμιλλωμένοις. παῖς γὰρ ὢν ἔτι, τὰ τῶν μειρακίων ἐζήτει · καὶ αὖ ἐν τούτῳ δὲ, τὰ νεανίσκων, καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὰ πρεσβυτέρων, καὶ ὅλως τὰ τῆς κρείττονος ἡλικίας, ἐν τῇ περὶ ταύτης. οὕτως ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν ἔργων φθάνων ἦν ἀεὶ τὸ δέον, ἐμπειρίᾳ καὶ σπουδῇ καὶ φρενῶν ὀξύτητι. ἦν μὲν γονεῦσιν ἡδύς · ἦν δὲ ἀδελφοῖς · ἦν δὲ ἑταίροις · ἦν δὲ πολίταις καὶ ξένοις, ἥλιξί τε καὶ πρεσβύταις · καὶ ὅλως πᾶσιν ἐν ὅλοις, παντὶ καιρῷ καὶ συμπτώματι.

Καὶ μὴν, τοσοῦτον ὑπερηνέχθη ἦν, κἂν τοῖς γυμνασίοις, κἂν ταῖς ἁμίλλαις, κἂν ἅπασιν, ὡς μηδὲ δύνασθαι παραβεβλῆσθαι. οὐχ ἧττον γ᾽ ἐφθονεῖτο τοιοῦτος ὤν, ἀδυνατοῦντος τοῦ φθόνου δρᾷν ἐπ᾽ αὐτῷ, ὅπερ ἐπεφύκει · ἀλλ᾽ ἐθαυμάζετο παρὰ τῶν ἁπάντων μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς, ὁπόσης οἶμαι τὸ νικᾶν ἦν. ἦν δ᾽ εἰς τοὔσχατον ἀφιγμένον. καὶ πῶς εἰκὸς ἂν εἴποι τις, τὸν πολὺ τοὺς ἄλλους ὑπερελάσαντα, μὴ παρ᾽ οὑτινοσοῦν τῶν ἁπάντων δέξασθαι φθόνον. τοὐναντίον μὲν οὖν. ὁ γὰρ ὑπερβεβηκὼς κομιδῇ, φθόνῳ οὐχ ὑποπίπτει. τὸ γὰρ πολὺ θαυμαζόμενον, πολὺ φιλεῖσθαι δέον ἐστί · καὶ τὸ σφόδρα φιλητὸν, πῶς ἂν εὐδοκιμοῦν φθονηθείη. ὥσθ᾽ ὁ φθόνος μὲν ἀπῆν, ὁπότε γέ τις ἡττᾶτο · προσῆν δὲ φίλτρου προσθήκη, τῷ περὶ ἐκεῖνον συμβαίνουσα θαύματι · καὶ τοῖς ἐκείνου πλεονεκτήμασι, πάντες ἔχαιρον.

Ὢν δὲ τῷ χρόνῳ ὕστατος τῶν ἀδελφῶν, οὐδενὸς ἦν ὕστερος, ἐφ᾽ οἷς τις ἂν φαίη θαυμαζόμενος. νουνεχής τε γὰρ ἦν · δίκαιος · ἀνδρεῖος · ἀκλινὴς καὶ τοῖς μάλιστα φοβεροῖς · τῶν πλειόνων ἡδονῶν, οὐ γὰρ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἦν, ὡς ἀεὶ κρατεῖν ἁπασῶν, ὑπερεωρακὼς παντάπασι · πρὸς δὲ τὰς, ἐγκρατῶς ἔχων · ῥᾳθυμίᾳ τε, αὐτὸν οὐκ ἐκδεδωκώς · ὁ αὐτὸς μέτριός τε καὶ μεγαλοπρεπής · ἀνεπαχθὴς καὶ μηδαμῶς ἀφόρητος, καὶ αὐτοῖς τοῖς οἰκέταις δια-

A illam sententiam, vt nihil minus homines inter referat, vt sermonis vim ac linguam spectes, quàm inter aquilam ac coruum; veram ipse rebus ostendit; sic indole coætaneis præstans, vt neque vllus contentioni locus relictus videretur. Adhuc enim existens puer, adolescentum colebat studia; adolescensque, iuuenum, ac virorum, ac seniorum; prorsusque anteriorem agens ætatem, quæ sequentis ac maturioris essent. *(ἀετὸς μείζων ὀρνέων.)*

B Adeò semper agendis rebus occupauit quod esset operæpretium, scientiâ illâ ac studio, mentisque sagacitate. Erat planè dulcis parentibus; erat fratribus; erat sodalibus; erat ciuibus; erat peregrinis; æqualibus pariter, senibusque, ac cunctis vniuersim in omnibus omni tempore, ac rerum omni incursu.

Tantis sanè gloriæ cumulis præstabat, gymnasiorum exercitamentis, certaminibusque, ac studiis omnibus, vt neque opus habeter comparatione. C Nec verò cùm talis esset, patiebatur inuidiam, non valente eâ in illum quod nata est: quin potius habebat omnium admirationem, idque tantâ exuperantiâ, quanta puto victoria erat. Ea porrò ad summum euaserat. Quî verò inquies, vero consonum sit, vt grandi adeò excessu superans, à nullo prorsus inuidiam pateretur? Secùs planè comparatum dicemus. Qui enim supra modum superat, nihil inuidiæ obnoxius D sit. Quæ enim res multam habet admirationem, multo quoque amori esse necesse est. Quod autem est valde charum, ac amori habetur, quâ sibi ratione pro accedente gloriâ, inuidiam conflauerit? Quamobrem inuidia aberat, vt quis victus esset: aderat verò amoris accessio, quam eius nouùm accedens admiratio faceret; vniuersique eius gaudebant victoriis.

Cùm natu minimus fratrum esset, nulli tamen cessit, vt ea spectes, quibus E quis admirabilis sit. Nam erat prudens, iustus, fortis; ac vel in iis, quæ maximè terrendo videantur, inflexi pectoris: plerasque voluptates; (nec enim vsque adeò erat homine maior, vt omnium semper esset Dominus;) omninò spernens; quod spectat ad alias, se ipse continens: haud se dedens pigritiæ; idem ipse moderatus ac magnificus; nihil molestus, aut quicquam intolerabilis, vel ipsis quoque seruis em- *(Egregiæ Theodori dotes.)*

LVDOVICO XIV.

FRANCORVM AC NAVARRÆ
REGI CHRISTIANISSIMO.

PVDVIT Manuelem Augustum (Adeodate Rex Christianissime) sic male pro Gallorum Gentis indole ac genio exceptum esse, cùm olim Gallias vrbemque ipsam Lutetiam imploratum auxilia, petiisset, vt exinde priuato carcere ac Bibliothecâ ambierit latebras, ac luci prætulerit. Nec verò nostrûm id moribus comparatum, vt honoris tantùm significationibus prosequamur; luxuque vano, ludis, epulis, si quos tales fortuna, seu magis casuum humanorum arbiter Deus ad nos destinat; sed vt magis efficaci iuuemus operâ, ac vel pristino restituamus ordini, vel conemur. Ita verò, ægra frigidioris Principis valetudo, eam rebus indiderat faciem, vt ab indole Gallicâ, ipsa plurimùm Gallia desciuisse videretur; palamque alia esse, ac quæ Christi signa, infidelium victrix, Syriæ intulisset, totque ac tanta omni retrò ætate, Christianorum fratrumque subsidio, designasset. Enimuerò Manuelem iterum exciuit latebris; abstersit pudorem; nouâ, nostrisque ac Occiduis familiari donauit linguâ; in vrbis, aulæque, ac orbis publicum coëgit, quod nouum surgensque tuum illud iubar, omnium retrò decessorum splendores, micatibus clarioribus vicit vincitque, ac quali nunquam fortitudinis cum pari humanitate gloriâ, subditos populos; ac siqui Gallico nomine censentur; auxit. Gestit defectus senex, vel suis adeò deploratis, ac quibus dimidium sui; Theodorum, inquam, fratrem, ac generis scintillam, pro funere deplorat; noui Salomonis tuo delectari adspectu; Regemque, annis puerum, virum animis, videre ac colere, quem Dei iam dextera, magnificauit super omnes Reges terræ. *Stupet animo, puerilibus statim annis ausu felici perfecisse, quod alij vergentibus vix tentarint: terrorem paternum, quo semper orbis terrarum intremuit, deriuare ad suum nomen occepisse, prorsusque deriuasse: contra ætatis rationem partas victorias, quarum vix numerus ineatur; subactas vrbes, disiecta mœnia, expugnatas arces,*

captas munitiones: obriguisse minarum oblitos numerosos exercitûs, procinctos milites iamque dimicaturos, quibus inter gladios, vt fama erat, fœda numquam fuga subuenisset. Italiam exterritam; Germaniam bello attritam: Morinos ac Belgas, quâ colla submisisse, quâ propediem submissuros, nauali amisso ac statione. Ac verò nouissimam maximè adgratulatur Dunkerkæ deditionem; illius, inquam, tuorum sociorumque rapinis plenæ; quâ, aliisque vtroque mari commodissimis stationibus, Ludouici æternùm Victoris felicibus armis ac auspiciis emissæ classes, eius nominis amorem pariter ac terrorem, vniuersis vbique inferant, vt quæque Gentes ad iustum habuerint: ac verè brachium Messiæ robustum, iis quoque probent, qui procul, vixque notione solâ Christianissimorum gloriam perceperunt. Luget desiderasse ætatem suam eius virtutis, ac potentiæ Solem, quo spes erat, feliciùs Christianis disiectum iri Bajacetis turbinem, quàm turbo alter Scytha Temeres, hostis & ipse Christi nominis, disiecit: fœdè quidem capto, atque ad necem compulsô Bajacete Turcâ; verùm Caphâ, Smyrnâ, aliisque Christianorum præsidiis, barbaricâ Temeris eiusdem immanitate deletis. Ceterùm lubens, quod Augustum par, Palæologorum occidentis familiæ, nonnullum decus offero, Tuas sibi ac fratris dotes; vestrum, inquam, verè illud Augustum nihilominus par, florentis semper Borboniorum Gentis præcipuam gloriam, inspexisset, vnde virtutis characteres ducturum esset: vtque tempora minimè tulerint, vel se vobis quod inspiciatis, ac vestrorum comparatione virtutum componatis ac emendetis; probetisque, aut aliquâ etiam parte improbetis, proponit: simulque concidentis Reip. statum, iamque penitus collapsæ, ac quibus fecerit ruinam; quibusve æmula, ac Christiano infensa nomini bestia, offirmato cornu omninò contriuerit, cautionis politicæ ac prudentiæ regalis insigni documento, suggerit; idque opportuniùs, quò & modò illud ipsum cornu, in nos ac Christianos magna loquitur, aut loqui quærit:

Majestatis Tuæ Christianissimæ

Deuotissimus seruus & cliens,
F. FRANCISCVS COMBEFIS
Ord. Pred.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΤΟΥ ΠΑΡΟΝΤΟΣ ΛΟΓΟΥ.

ARGVMENTVM HVIVSCE ORATIONIS.

Περιπαθὲς μὲν τὸ προοίμιον, καὶ οἷον εἰκὸς ἐπ' ἀδελφῷ μάλιστα πρέπον, ἐπιτάφιον ἐπ' ἀδελφῷ διεξιόντι. πατρίδος δὲ καὶ γένους βραχύ τι μνησθεὶς, ὁ τόνδε λέγων θειότατος βασιλεὺς, οὐκ ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβει τῷ περὶ τούτων χωρίῳ. ἐπιβαλόμενος μὲν ἐπὶ τὰς τοῦ ἐπαινουμένου πράξεις, οὔσας οὐκ ὀλίγας, οὐδὲ βραχέων τῶν λόγων δεομένας· ἀπολογίαν δὲ ποιησάμενος, ὡς διὰ τὸ πᾶσι τούτων περιφανὲς, καὶ μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἀγνοούμενον, οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι καθέκαστον διεξιέναι περὶ αὐτῶν, A B αὐτῷ τούτῳ καὶ μάλα σεμνύνει. ἔπειθ' οὕτω τῶν κατ' αὐτὸν τοῦ ἐπαινουμένου λόγων ἀψάμενος, πρῶτον μὲν περὶ τῆς ἐκ παιδὸς τροφῆς, καὶ τοῦ ὅλου ἤθους διέξεισι, καὶ οἷος τοῖς ὅλοις ἦν ὁ ἀνήρ· εἶτ' ἐπὶ τὰς πράξεις τε καὶ τὰ ἔργα χωρεῖ· καὶ πρῶτον μὲν ἐκείνων μέμνηται, ἅ ποτε περί τε τὸν πατέρα, καὶ ἑαυτὸν, καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων τοὺς τότε δεδυστυχηκότας, ἐπιπροσεχῶς αὐτῷ, καὶ ὡς προσηνέχθη τοῖς τότε πράγμασι. C μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπὶ τὰ Πελοποννησιακὰ ἤδη χωρήσας, πρώτης μὲν τῆς εἰς τὴν χώραν ἀφίξεως μέμνηται, ὡς καὶ προσδοκηθεῖσα μόνον ὤνησε πρὶν γενέσθαι· καὶ ὡς ἀφίκετο· καὶ ὡς παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἀσμένως ὑπεδέχθη. οὗ δὴ, καὶ τῶν περὶ τοῦ τε σφῶν θείου, καὶ ἀνεψιοῦ ἀψάμενος λόγων, εὖ μάλα φυλάττεται, τὸ μηδὲν ἐς αὐτοὺς ἀπηχὲς καθ' ὅσον οἷόν τε, μηδὲ φορτικὸν εἰπεῖν. ἔπειτα τῆς Ἰλλυριῶν αὐτόθι μετοικίσεως· ὡς δύσκριτόν γε ὂν, εἴ τε προσδεκτέον αὐτοὺς ἐς τὴν χώραν, εἴτε μή· ὁ δ' ἐδέξατό τε οὐ δοκοῦν οὕτω D τοῖς πολλοῖς, αὐτὸς μάλα εὐστόχως βεβουλευμένος περὶ τοῦ συνοίσοντος, καὶ ἐς δέον τούτοις ἐχρήσατο. καὶ μετὰ τοῦτο, τῆς τῶν προσοίκων ἐχθρῶν ἥττης, καὶ τοῦ πρίγκιπος συλλήψεως, δι' ὧν ἰσχυροτέραν ἀποφαίνει καταστησάμενος τὴν ἀρχήν. εἶτα μετελθὼν ἐπὶ τοὺς ὡς τοὺς βαρβάρους αὐτομόλους ἥκοντας, καὶ πρῶτον κοινῇ περὶ τῶν τοιούτων

Μὴ δὴ πρότερον τοῦ νεὼ προεξέλθωμεν, πρὶν ἢ τοῖς λογισμοῖς ἐπιτρέψαι τοσῷδε μόνον χρῆσθαι τῇ λύπῃ, ὅσῳ μηδὲ τὸν Θεὸν παροξῦναι, τῷ τῆς ἀθυμίας ὑπερβάλλοντι, μήτε τὸν ἐρώμενον ἀνιᾶσαι. ἦ γὰρ ἀνιάσεται, εἰ τὸ θεῖον παροργίσαιμεν, καὶ ταῦτα δι' αὐτὸν, καὶ τὴν ἐνθένδε τοῦδε πορείαν. δείξωμεν δὲ καὶ τοὺς ἐραστὰς, τῷ ἀναλίσκειν ὑπὲρ τῆς τοῦ ἐρωμένου ψυχῆς, ὅπως ἂν ἕκαστος δύναιτο, καὶ κρίνοι πρέπειν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ ἐκείνῳ μόνον συνεισενεγκεῖν πάντες ἔχομεν, καὶ τοῦτο αὖ ἐπίδειξις ἀληθεστάτη λείπεται, τῆς εἰς ἐκεῖνον ἀγάπης· καὶ συνοίσει μὲν, κἀκείνῳ ἀνθρώπῳ πεφυκότι, καὶ πηλῷ τῷ σώματι τούτῳ συγγεγονότι, ᾧ μὴ οἷόν τε συνόντα, καθαρὸν παντάπασιν εὑρεθῆναι· συνοίσει δὲ καὶ ὑμῖν, ἅτε δὴ καὶ δέον ἀποπληροῦσιν, ἀνδρὶ πάντα ἀγαθῷ καὶ δικαιο-

deteriorem putamus, quàm si mortui essemus; liquet palam, vt & ille nos amans, idque eâ amoris vi, quæ nihil nostro mortalium cedat, quàm citissimè mori voluisset, vt illo nos priores decessissemus. Atque id meritò. Siquidem enim leuamen tristitiæ inuenire possumus, posset & ille; sin non possumus, nec ille omninò posset.

Id ergo ex dictis consequens fit, præstare vt ante charos decedas, quàm vt viuens i s priueris, eorum migratione à vitâ. Ego nihilominus moderatiori sermone vtar: Dico ergo, vt quis nobis illique eligendum proponeret, vt aut ipsi priores illo decederemus, aut è contra, ille nobis prior, argumentum vtrisque præberet haud iudicio facilè. Quanquam enim bonum est viuere, iugi tamen viuere tristitiâ, omninò intolerabile. Quanquam verò optabile à tristibus liberari, vt tamen per mortem, quam omnes horrent, haud vllus puto facilè in animum inducat, vt velit: Tanquam ergo quibus potiora inquirentibus, haud facile sit è re iudicare, lubentes amplectamur quod visum est prouidentiæ, nostras res melius dispensanti quàm vel ipsi velimus. Sanè enim Deus, omnia scit, potestque ac vult quod vniuersis conducat: nos autem non rarò deteriora appetimus, spretis bonis cùm illorum copia suppetit; proque eo vt nobis bona operemur, per ignorantiam quæ nobis sunt mala agimus. Quamobrem existimo nequaquam hîc fuisse dictum quod melius est.

Melius saltem quia placitum Deo.

Ne prius ergo templo exeamus, quàm vt ita duntaxat tristitiam animis permittamus, vt eius excessu minimè Deum irritemus, autue dilectum offendamus. Sanè enim futurum est vt ille offendatur, siquidem irritauerimus Deum; idque eius cumprimis causâ, ac propter migrationem ipsius ab humanis. Eò autem ipsi nos amatores ostendamus, vt pro chari animâ impendamus, quantum cuique liceat ac putet se decere. Id enim solùm vniuersi in eũ conferre habemus: eaque omninò verissima restat, nostræ in illum dilectionis ostensio. Porrò autem illi quoque contulerit, qui fuerit homo, inque cœno corpore habitauerit, quocum nemo omnino purus possit versari: sed & vobis conferat, tanquam qui officio defungamini in virum optimum ac De-

ſpotam, pluriumque ac magnorum bonorum auctorem; inque eum, qui nunc magnum apud Deum locum habeat, ſicque adepturus ampliorem, quando communis generis domus ac mater, terra, ſpiritui corpus reddet, quo bonis operibus eſt vſus inſtrumento, ad gloriam ac lætitiam æternam, quam nos vtinam conſequamur propitium nobis reddentes viri illius Deum.

Hæc nos tibi, diuina anima, quæ multas prius ornataſque laudationes ſuſceperis, ſiſque poſtmodum à multis ſuſceptura, ac ijs qui ornatè dicere poſſint: quando nihil aliud defunctis ad gloriam valet conferri. Porrò videns quæ erant aliorum, gauiſus ſum: Erant ſiquidem bona valde, & vt argumento eſſent facultatis dicendi, quanquam dicentes ſubiectæ rei longè impares erant. Sic enim omninò accidat, vt quis tuam indolem laudare tentauerit. Mea autem hæc haud ſcio qualia alijs ſint habenda. Quinimò planè ſcio, palam deficere à rei dignitate, atque ieiuniora eſſe quàm vt tuam ſatis virtutem laudauerint, autve propiùs ad eam acceſſerint. Tu autem benè ſcio, pro tui in me amoris œſtro, quo meis magis gaudeas, quàm amicâ quiete qui illam perſequuntur, cùm ea lætus ſuſcipies, tum habebis omnibus potiora. Sed & vos, auditores, arduam ſpectantes molitionem veniam daturi eſtis, vt minus licuerit mare cotylis metiri, tantumque velut è perenni flumine modicum quid haurientes, guſtandum præbuerimus, quò eius aqua quàm ſit dulcis, quamque limpida, ex parte ipſa innotuerit.

τῇ, καὶ αἰτίῳ γε πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγαθῶν γεγονότι, καὶ νῦν μεγίστην ἔχοντι χώραν παρὰ Θεῷ, καὶ τευξομένῳ μείζονος, ὅταν ἡ κοινὴ τοῦ γένους ἑστία καὶ μήτηρ ἤδη γῆ, ἀποδῷ τῷ πνεύματι, τὸ συνεργῆσαν σῶμα πρὸς τὰ καλὰ, εἰς δόξαν τε καὶ εὐφροσύνην αἰώνιον, ἧς καὶ ἡμεῖς τύχοιμεν, ἵλεων ποιοῦντες τὸν Θεὸν, ἐκείνου τἀνδρός.

Ταῦτά σοι, θεία ψυχὴ, παρ' ἡμῶν, πολλάς τε καὶ καλὰς εὐφημίας καὶ δεξαμένῃ πρότερον, καὶ δεξομένῃ μετέπειτα, παρὰ πολλῶν τε καὶ καλῶν εἰς τὸ λέγειν· ἐπεὶ μηδὲν ἕτερον εἰσενεγκεῖν εἰς δόξαν λέλειπται τοῖς οἰχομένοις. τὰ μὲν οὖν παρὰ τῶν ἄλλων ἰδὼν, ἥσθην· καλὰ γὰρ ἦν κομιδῆ, καὶ γλώττης ἀγαθῆς μαρτυροῦντα τοῖς εἰρηκόσιν, εἰ καὶ πολὺ τοῦ προκειμένου διήμαρτον, οἱ λέγοντες. τοῦτο γὰρ παθεῖν ἀνάγκη, τοῖς σοῦ τὴν φύσιν ἐπαινεῖν πειρωμένοις. τὰ μὰ δὲ ταυτὶ, οὐκ οἶδα τοῖς ἄλλοις ὁποῖα δόξει. μᾶλλον δὲ εὖ οἶδα πάντως, ἐπιεικῶς λειπόμενα τῆς ἀξίας, καὶ τοῦ τὴν σὴν ἀρετὴν καλῶς ἐξυμνῆσαι, ἢ γοῦν ἐγγὺς ἐφικέσθαι τοῦ γιγνομένου. σὺ δ' εὖ οἶδ' ὅτι, τῷ πρὸς ἡμᾶς μεμηνότι, καὶ τῷ χαίρειν τοῖς ἐμοῖς μᾶλλον, ἢ τῷ ῥᾳθυμεῖν οἱ τοῦτο διώκοντες, καὶ ἀποδέξῃ ταυτὶ σὺν εὐφροσύνῃ, καὶ προτιμήσεις τῶν ἄλλων πάντων. συγγνώσεσθε δὲ καὶ ὑμεῖς, ὦ παρόντες, τοῦ ἐγχειρήματος τὸ ἀνάντες ἐννοοῦντες, εἰ μὴ κοτύλαις τὸ πέλαγος μεμετρήκαμεν, ἀλλ' ὡς ἐκ ποταμοῦ τινος ἀενάου ἀρυσάμενοι ὅσον οἷόν τε, δεδώκαμεν ὑμῖν γεύσασθαι, ὡς ἂν τὸ πότιμον ἐκείνου καὶ διειδὲς, ἀπὸ τοῦ μέρους γένοιτο δῆλον.

NOTÆ.

LVculentiſſimâ oratione, cùm ſuam fratriſque pietatem egregiè teſtatam, meliori æuo ac fortunâ dignus Imperator, facit, eiuſque alias virtutes celebrat, tum occidentis in Oriente Romani Imperij, orientiſque, ac mirum quantum promouentis Oſmanici, ſpeciem proponit. Plura ediſſerit ex quibus politicus Imperio regnoque poſſit conſulere, eique, à Chriſtiani nominis communi eodem hoſte, quo deletum eſt Orientale Imperium, vel modò cauere, cùm is bellum in Chriſtianos inſtauratum, nouis iam victoriis, ac ab anno altero, celebrare cœpit. Fecere, cùm Græcorum diſcordiæ mutuæ, tantæque illæ de ſummâ Imperij concertationes, tum Dynaſtarum aliorum, iiſdem, ac ſibi mutuò haud ſatis conuenientium, mala ſtudia, vt ne aliorum neglectum dicam, haud putantium ipſorum rem agi, cùm arderet proximus paries, vt ſic noſtris acciſis rebus, coactâque in eas anguſtias Chriſtianâ Republ. formidabile adeò Imperium in mundi partes omnes beſtia proferret, ac tam multis prouinciis, Chriſtiani Imperij lumen extingueret. O vtinam vel ſerò tandem, funeſta adeò imago, terrorem quem eſt nata, noſtris imprimat, multamque il-

lam, sed tardiorem in hostem nonnihil hactenus remotiorem, eorum virtutem prouocet? Hoc tibi Gallia, Ludouici Iusti, ac Adeodati tui auspiciis, gloriæ tantis cumulis, tantâque Imperij prolatione, diuina virtus pugnauerit, pugnetque, quò ipsa iterum, in eiusdem ac Christiani nominis hostes illos, tua illa victricia signa, inferas. Vt sub Manuele, ac eo abs te rogante auxilium, sic habuisses, parque illud tuum à Deo datorum ac conseruatorum fratrum, vti modò tibi præfulsisset, haberet fortè suos adhuc Græcia Imperatores, lunæque illa cornua, bestiæ domitrix contriuisses. Nunc itaque faustè conteras, maiorique gloriâ instaures deperdita, quàm eras sopitatura hactenus integra.

Huius in Peloponneso à Manuele habitæ funebris orationis, vbi ad confirmandum Theodoro iuniori Imperium à decessu patrui eò concessisset, in hæc verba meminit Laonicus Historiæ Turcicæ lib. 4. ἐπάνειμι ἐπὶ Θεόδωρον, τὸν βασιλέως παῖδα, ἡγεμόνα Σπάρτης τε καὶ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου, ὃς ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ πατρώου ἐξετρέφετο, ἅμα καὶ ἐπαιδεύθη. μετὰ δὲ ταῦτα, κατελείφθη ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ ἡγεμών· ἐς τοῦτο δὲ, ἀφικόμενος ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ ὁ Βυζαντίου βασιλεὺς, τόν τε παῖδα καθίστη ἐς τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ ἤδη τετελευτηκότι λόγον ἐπιτάφιον ἐξειργάσατο, διεξιὼν ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ, ἀπολοφυρόμενός τε ἅμα τὸν ἐπιτήδειον ἀδελφόν. *Porrò redeo ad Theodorum Imperatoris filium, Sparta ac reliqua Peloponnesi principem; qui à Theodoro patruo educatus, ac disciplinis institutus, eius postea demortui principatum accepit. Quâ de re Emmanuel pater Byzantinus Imperator Peloponnesum veniens, cùm filium præfecit prouincia, egregiamque super fratre iam defuncto, orationem funebrem declamauit, eam recitans ad eius sepulchrum, fratremque ac necessarium lugens.* Plura subinde de nostro ac seniori Theodoro perstringit, ne vitia quidem dissimulans, quibus ille nō omnino caruit. Habet creatum Despotam ac ducem Peloponnesi, cùm iam filij Cantacuzeni obiissent ἐν Σπάρτῃ· *Sparta*: quod interpres malè omisit. Manuel, alterum tantùm, & qui esset præfectus Peloponneso, significat mortuum sine liberis, alio superstite, cuius essent probati mores, sed quem filius, ac consobrinus Theodori rerum summam post patruum in Peloponneso ambiens, secus ageret.

1. *Vrbs capta erat.* Ab Andronico maiore natu filiorum Calo-Ioannis, ac Manuelis fratre, ambos obsidente, impetrato à Baiazete milite, postquam ab infuso oculis aceto patris iussu ob coniurationem in ipsum, nonnihil conualuisset: quam historiam narrat Laonic. lib. 2. ex quo videatur, dux iste qui Theodorum abire permittebat, fuisse ipse Andronicus, qui soli patri, ob acceptam iniuriam, ac Manueli designato Imperatori, infensus esset. Erat etiam Theodorus acceptus Turcis, sub quibus iam meruisset postmodumque creatus dux à Baiazete expeditione in Thessaliam. Vide eundem Laonicum: nec non Franz. qui ipse his temporibus florens, ad ipsam vsque vrbis expugnationem, Palæologis charissimus ac domesticus militans, scintillæ Imperij, quam ipse appellat, superstes fuit, resque Palæologorum prosecutus est.

2. *Cùm fere trienniò in præsidio ageremus.* Detinente Andronico. Baiazetes truncandos suadebat vt habet Laonic. l. 2. sed necdum Andronicus sic exuerat hominem, vt ita posset in viscera sæuire. Plura ac scitu digna Epistolæ Demetrij in Regiâ Bibl. ac ea in primis, quâ gratulatur iis, qui post carcerem, ac eo liberati, iam cum Imperatore versarenrur. Videndus quoque Franz. l. 1. c. 18. ea perstringens, & vt Manuel cum patre fugâ lapsi, adierint & ipsi Baiazetem, ac gratiam eum Imperio impetrarint.

3. *Raineres Nomine.* Laonicus l. 4. *Ραινέριον* vocat, cui ac Manueli maior habenda sit fides, quàm Gregoræ ac Facello apud eundem citatis marg. vt is esset Rogerius de Emputiis. Florentinum tradit præfatus Laonicus, atque ex familiâ τῶν Ἀζαιόλων· Azaiolorum, siue *Acciaiolorum*, vt reddit Interpres. Ait quoque nullos Theodorum ex Rainerij filiâ liberos suscepisse, ac defunctum esse nullâ susceptâ legitimâ prole. Ex his porro Manuelis ac Laonici de Theodoti coniugio, haud corrigendum quod habet Franz. lib. 2. cap. 10. de vxore Theodori Porphyrogennetæ Cleopâ filiâ Malatestæ, sed exponendum secus ac Pontanus exponat, qui de nostro ac seniori Theodoro intelligit, eòque putat Franzem aduersari Laonico; cùm reipsâ ambo consentientissima dicant. Iam enim Franzes l. 1. res Theodori senioris prosecutus erat: quin & eo res Manuelis, qui diu superstes fuerat Theodoto, voluit comprehensas. Porphyrogennetæ nomen vtrique commune fuit, vndecunque tandem ita dicerentur Imperatorum filij, nec ij omnes, nec soli primogeniti. Præter istos Theodoros, est tertius Andronici filius, nepos Theodori nostri, ac ei successor Despota, quem ille alius Manuelis filius ac consobrinus, postmodum excepetit.

4. *Desperans se quicquam confecturum.* Sibi Manuel, ac fratri blandiatur, vt ea Baiazetis regressio, desperationis fuerit à Theodori metu, non magis prudentiæ bellicæ, quâ maiorem exercitum cogendum putauerit, ac belli moli parem. Sic benè indicat Laonicus l. 2. vbi etiam Branezis ducis exercitûs Baiazetis, qui paulò post ponitur, res perstringit, ac exordia, quem Βρενέζην appellat: de quo iterum ad calcem l. 4 Narrat Franzes l. 1. c. 19. quæ hîc Manuel tacet: nimirum causam ex quâ Baiazetes Theodoro infensior factus esset: Nempe quòd Paulus Mammonas de vi questus apud eum fuisset, ac ereptâ Monembasiâ ciuitate, quam ille regendam accepisset, ac Baiazeti deditam teneret.

5. *Fingit verò.* Latè tunc Sultanus Ægypto ac Syriæ dominabatur, cui vt Baiazetes adiunxisset suas copias, haud fortè Temeres, seu Tamerlanus, ambos deuicisset. Fortior quippe virtus vnita. Putauit Baiazetes, quod plerique nostrûm, sibi meliùs consultum, vt accessione aliquâ imperij proprij terminos proferret, quàm vt alienum à potentiori inuadente, à quo ipsius postmodum inuadẽdum esset, auxilio defenderet.

6. *Cui Ertogrules.* Ερτογρούλης· Laonicus leui mutatione Ορτογρούλην vocat, cuius res prosequitur libro primo, ac reliquorum deinceps hîc margine adscriptorum, quos repræsento vt Codex habuit. Videndus Leonclauius, ac alij qui res Turcicas scriptis commendarunt; simulque notandum, quibus tanta imperij moles initiis creuerit, vt & nostri cauerint, ac vel à Turcis, quod initia illa bonum habuerunt, mutuari non erubuerint. Multam genti virtutem cùm primò fixit sedes in Asiâ, omnes perinde scriptores adstruunt, vt eius fortè merito, Dei prouidentia, infidelem gentem, temporalis dominij præmio donatam voluerit. Delicias, vitamque molliorem à nostris didicere, cùm mulieres Christianas in vxores accepissent, quod ipsi notarunt scriptores Græci. Pulchrâ Franzes digressione lib. 1. à cap. 23. ad 34. Osmanidarum gentis principum historiam perstringit, vsque ad Mahometem secundum, à quo tandem vrbs capta est, ac lucerna Græcis extincta.

7. *In Italiam, Galliásque extremas.* ἐς Ιταλίαν, ἐς δὴ καὶ Γαλλίας τὰς κάτω. Multis Laonicus eam Manuelis profectionem lib. 2. enarrat, eiusque occasione plura edisserit de Occidentalium moribus ac potentiâ. Γαλλίας τὰς κάτω· Intelligat Manuel, distinctione à Galliis Italiæ adiacentibus; Celticam scilicet ac Belgicam, ipsamque strictè Franciam, ac regni sedem Lutetiam, vbi Regem conuenit.

8. *Optimâ arte conciliasum patruelem.* Veteres erant Manuelem inter, ac Andronicum fratrem, eiusque filium Ioannem inimicitiæ, ex quo Manuel, tametsi iunior, à patre prælatus fuerat, vt succederet Imperio. Vix tandem ergo Andronici filius Ioannes amicitiam instaurauit cum patruo Manuele, ad quem coactus esset confugere, cùm factus fuisset Baiazeti suspectior, ne per eum obsidio Constantinopolitanæ vrbis irrita cederet, vti Lannicus lib. 2. & Franz l. item 1. c. 20. vbi quæ huc spectant, quæque ad Manuelis in Italiam, ac Franciam profectionem ad conquirenda auxilia, nec non ad venditionem ditionis Spartæ, eiusque rescissionem tumultuantibus Spartanis, dilucidè ac paucis enarrata habes: vti c. 19. quæ spectant ad principum Christianorum fœderationem, ac Sigismundi & nostrorum cladem ad Nicopolim, cùm talis ac ita confertus lectusque esset exercitus, vt metum grauem iniiceret Baiazeti. Affuerunt & Galli suppetias missi, inque illis didicimus, quid vel Gallica virtus possit nisi Deus corroborauerit: quamq; præstet communem hostem nonnihil semotum petere, dum ipse vicinos appetit, quàm iis nostrâ derelictione deletis, lateribus ipsis nostris incumbentem innumerabili turbâ, experiri. Cæterùm ars illa optima quam dicit Manuel, haud aliud sit quàm Ioannis delinitio, maximâ honorum parte oblatâ, seu primi ordinis principi: aut etiam Baiazetis in Regiam omnem stirpem ostensa mala voluntas, aliaue similis suasio, quâ tandem virum absterruerit ab eius obsequio, ac sibi deuinxerit. Sic produnt Annales Turcici lib. 6. interceptas eiusdem Manuelis ad Pannoniorum Regem epistolas, quibus eum in Baiazetem irritaret, quæ & causa fuerint maturandæ obsidionis regiæ vrbis, Baiazete nouâ Manuelis iniuriâ grauiùs offenso.

9. *Nobis amicè vterentur.* πρὸς ἡμᾶς φιλίως ἐξενειμένους. Multa habet Rhodiorum militum historia, quibus impensior illa in Constantinopolitanos ac Manuelem, eorum amicitia satis eluceat, nimirum l. 4. vbi retexitur cùm vrbis Constantinopolitanæ obsidio per Baiazetem, tum Corinthi ac Spartæ per Theodorum nostrum venditio, vtque Spartæ Episcopus Latinorum odio obstiterit, commotisque Spartanis, ad rescindendam venditionem Theodorum adegerit, cùm Corinthus haud grauatè Rhodios admitteret. Eam

ego putem causam negati Manueli, intercedente Romano Pontifice, à Latinis subsidij (vt eius negati sit alia causa præter discordiam ipsam Latinorum, ac quâ laborabat Italia, exceptâ etiam eorum solitâ tarditate, ac quam Manuel perstringit, ad bella peregrina; vt & regis Galliæ morbum taceam, qui primus fouet ac caput anxiliariorum pro antiquâ in eiusmodi expeditionibus, Gentis laude) nec aliud velle quod refert Bzouius ann. 1391. ex historiâ politicâ Constantinop. l. 1. ita sub diris interdixisse Pontificem, quòd is noluisset osculari crucem in cuiusdam Chorepiscopi manicâ depictam. Nusquam enim eius hæresis rumor Manuelem saltem aspersit: Vt autem Itali ac Pontifex ei sint indignati, indignumque putauerint ipsorum auxilio, in quos frater Iusis Rhodijs nuper offendisset, vero satis congruum videri possit: Quanquam Manuël ne ipsos quidem Rhodios grauiùs offensos monstrat, sic Theodorus rem dexterè egit: Historia quoque Rhodiorum militum, reddita habet à Magistro cimelia quæ Imperatrix obsidione pressa apud eum deposuisset, antequam etiam repererentur, ac mox ab vrbis obsidione solutâ; sed & operam suam eidem instaurandæ impendisse, tantumque conatos Fratres, datas Theodoto pecunias ac pretiosa alia recipere. Quam Manuel tam multis deprædicat fabulam, vt Theodorus non omninò sincerè egerit cum Rhodijs, voluerit que tantum per eos terrorem Turcis inijcere, non verè, quod erat in ipso, Peloponneso donare, vt tanquam amici ac so cij deinceps tenerent ac tutarentur, haud possim omninò probare, aut satis è Christiani politici fide existimare. Fuerit certè illa fides, non quam Græcam vir amicus ac Græcus ab Areopago sincerissimæ homo fidei ac Græciæ velut morientis non modicum decus, libello edito nuper egregiè ostendit, sed quam aliqui Græcis impropetant, ac cuius nusquam desint nonnulli rei, vt nulla omnino gens, ac omni ex parte, vacat crimine. Vt vi quadam, atque ad sedandos Spartianorum tumultus resciderit contractum, non valens continere, nemo iure culpauerit. Corrigit ipse Manuel, vt nonnihil seriò sit gestum, agente Theodoto, vt reipsâ Peloponnesus cessura esset Rhodijs, nisi seipsam à Baiazete tutari posset, vel superando, vel compellendo ad pacem; Latinorum ac fratrum Rhodiorum iugo, vtpote Christianorum, multis partibus Turcico ac infidelium prælato; quod vtinam sic Græcis omnibus esset visum, nec quorundam nostrûm multa insolentia ac sacrorum illusio, nonnullis fecisset inuisum.

10. *Celtis ac occiduis Galatis.* Eandem gentem intelligit, nempe Gallos, quorum ardor in eo prælio enituit, vt ambierint primi pugnam committere, obtinuerintque, sed exitu parum secundo, quem Manuel hîc perstringit, alijque cùm nostri, tum Turcici scriptores, pluribus narrant. Ignouit Baiazetes capto Ioanni Niuernensi Caroli Galliæ Regis patrueli, quem is subsidiò miserat Sigismundo, ob reuerentiam sanguinis regij, ac quinque capitibus suorum donatum abire permisit, reliquis captiuis dirè iugulatis.

11. *Vti & tibi eius filio.* ὡς σοὶ τῷ ἐκείνου παιδί. Alloquitur Andronici filium, qui Theodoto patruo in ducatu successit, à quo etiam fuerat educatus, vt vtrâque de causâ eius non immeritò filius appellatus sit. Decedens enim nullâ legitimâ prole susceptâ Theodotus senior ac frater Manuelis, superstes videbatur in nepote Theodoro iuniore, Peloponnesi post ipsum Despotâ, quomodo pater est superstes in filio.

12. *Lamentantes.* οἱ θρηνοῦντες. Antiqua est hæc religio plangendi ac lamentandi super mortui funere. cùm is maximè clarus erat, ac reipublicæ vtilis, vti accidit in Iosiâ sanctissimo Rege, quem Ieremias haud absimili θρηνῳδίᾳ prosecutus est. Multis quidem Chrysost. hom. 4. ad Heb. ac locis alijs inuehitur in planctus agi solitos in funeribus fidelium, ipsam quoque interminatus excommunicationem in lamentatrices præcipuè fœminas, quæ solerent conduci in eum finem, tanquam mos ille, fidei resurrectionis contrarius videretur, quam Ecclesia toto elationis officio, augustissimè prædicat. Verùm ea Chrysostomus dixerit, quà exaggerando quà eos perstringens, qui eiusmodi lamentis plus iusto indulgerent, nec in eis tenerent modum, plangentes reuerâ ac dolentes, seu etiam doloris ac tristitiæ signa monstrantes, tanquam ij qui spem non habent: ac velut Ethnici, non Christiani essent. Extant Nicephoti Gregoriæ Næniæ huic similes, quas planxit in obitu vtriusque Andronici, ac Metochitæ magni Logothetæ l. 10. & 11. vt eum morem næniarum cumprimis celebrem noueris sub Palæologis, ac nouissimis Imperij temporibus. Hic singulare vt præter μονῳδοῦντα Manuelem, alij quoq; ac chorus in monodiæ parte veniat.

DEMETRII CYDONII, ORATIO ad Graecos deliberatiua: Porrò scripta est profecto Romam Imperatore Ioanne Palaeologo, Patriarchâ domno Philotheo.

PRIMUM quidem, ô viri, ingentes Deo gratias ago, pro iis nunciis, pro quibus deliberaturi venimus. Quippe ea olim desiderabamus, ac nos mora molestè habebat. Cùm iam autem res pro voto procedere cœperint, quid aliud supereſt, quàm vt pro reliquis meliora speremus? Operæ verò pretium sit, vt quæ sunt stultorum caueatis, ac quàm se multis malis inserant, qui occasione nesciunt vti, attendatis. Sic autem res habet. Multis prouidentia, cùm à se, quæ sint conducibilia suggerit, tum foris occasiones instruit quibus salutem consequi possint. Inter hæc verò, sensatorum sit, vt ei pro concessis gratias agentes, boná spe freti quæ sunt reliqua conentur adiungere: ij autem qui ad beneficia ab eâ accepta nihil moueantur, nec à se quicquam conferendum putent, sed casu quodam arbitrentur venturam salutem, nedum ex diuinis commodi nihil referunt; quin & sequentes augent miserias, eum referentes fructum, eius quâ habent insensibilitatis.

Vtendum occasione conferendo quod est nostrum.

Hoc vos itaque primùm rogatos volo, vt in animos inducentes, Deum esse, qui omninò pro illatâ nobis à Barbaris iniuriâ velit pœnas reposcere, ea & faciatis & dicere studeatis, per quæ prouidentiæ quidem collaboretis; vosque ipsos ac patriam & gentem, à turpi hac fortunâ vndique arctantium malorum liberetis. Equidem vt eo animo res capessatis, in vestrum reipsâ commodum deliberastis, fietque vt ad libertatis bona, ore omnium laudem cumulò habeatis. Sin autem eos sequi malueritis, qui ex communibus malis, suas ipsi fortunas augere quærunt, ne mancipiorum quidem reliqua nobis sors futura erit: sed est necesse, vt turpi morte, immortalem malorum titulum, patriam relinquamus. Ne eos ergo feratis qui apud vos, socios calumniari conantur, nec eas suspiciones votis vestris aliquid conferre putetis. Hæc sanè alia sunt,

A ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΟΥ Ῥωμαίοις συμβουλευτικός· ἐγράφη δὲ ἀποδημήσαντος ἐν Ῥώμῃ τοῦ κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ἐπὶ τῆς πατριαρχίας τοῦ κυροῦ Φιλοθέου.

ΠΡΩΤΟΝ μὲν, ὦ ἄνδρες, χάρις πολλὴ τῷ Θεῷ τῶν ἀγγελιῶν ὑπὲρ, ὧν ἥκομεν βουλευσόμενοι. ταύτας γὰρ πάλαι μὲν ἐποθοῦμεν, καὶ μελλουσῶν ἠνιώμεθα. ὡς δ' αὖ ἐδεξάμεθα τῶν πραγ-
B μάτων ἀρχομένων ἤδη χωρεῖν, τί λοιπὸν ἐστι, ἢ τὰ ἀμείνω, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐλπίζειν. χρὴ δὲ ὑμᾶς φυλάξασθαι τὸ τῶν ἀνοήτων, καὶ ὅσοις περιπίπτουσι κακοῖς, οἱ μὴ τοῖς καιροῖς ἐπιστάμενοι χρήσασθαι. ἔστι δὲ τοῦτο· πολλοῖς ἡ πρόνοια τὰ συνοίσοντα καὶ ἔνδοθεν ὑποτίθησι, καὶ ἔξωθεν ἀφορμὰς δι' ὧν ἂν σωθεῖεν παρασκευάζει· ἀλλὰ νοῦν μὲν ἐχόντων, χάριν εἰδότας τῶν δεδομένων ἐκείνῃ, μετ' ἀγαθῆς ἐλπίδος πειρᾶσθαι τὰ λείποντα προσ-
C θεῖναι· οἱ δὲ μηδαμῶς πρὸς τὰς ἐκείνης εὐεργεσίας κινούμενοι, μηδέ τι καὶ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρειν οἰόμενοι δεῖν, ἀλλ' αὐτόματον αὐτοῖς ἥξειν τὴν σωτηρίαν οἰόμενοι, οὐχ ὅπως οὐδὲν ἐκ τῶν θείων κερδαίνουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὕστερον αὔξουσι δυστυχίας, τοῦτον τῆς ἀναισθησίας κομιζόμενοι τὸν καρπόν.

Τοῦτο τοίνυν ὑμῶν πρῶτον δέομαι, τοῖς λογισμοῖς ὑποθέντας, ὡς Θεός ἐστιν, ὁ τῆς εἰσαῦθις
D ὕβρεως τοὺς βαρβάρους ὑπὲρ ἡμῶν βουλόμενος ἀπαιτῆσαι, ἐκεῖνα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν πειρᾶσθαι, δι' ὧν συναγωνιεῖσθε μὲν τῇ προνοίᾳ· ὑμᾶς δ' αὐτοὺς καὶ πατρίδα καὶ γένος, τῆς αἰσχρᾶς ταύτης τύχης, καὶ τῶν περιεχόντων κακῶν ἀπαλλάξετε. εἰ μὲν γὰρ μετὰ τῆς γνώμης ταύτης ἀντιλάβοισθε τῶν πραγμάτων, ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν τῷ ὄντι βεβούλευσθε, καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἐλευθερίας ἀγαθοῖς, καὶ τὸ παρὰ πάντων ἐπαινεῖσθαι προσθήσεσθε. εἰ δὲ τοῖς ἐκ τῶν κοινῶν
E κακῶν τὰς ἰδίας ὠφελείας αὔξειν ζητοῦσιν ἀκολουθήσετε, οὐδ' ἡ τῶν ἀνδραπόδων ἡμῖν καταλείπεται τύχη· ἀλλ' αἰσχρῶς ἀποθανόντας ἀνάγκη, σὺν ἀθανάτῳ κακῶν τῇ πατρίδι καταλιπεῖν. μὴ δὴ τῶν πρὸς ὑμᾶς διαβάλλειν ἐπιχειρούντων τοὺς συμμάχους ἀνέχεσθε, μηδὲ ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς λυσιτελεῖν τὰς ὑποψίας ταύτας νομίζετε. ταῦτα μὲν

γὰρ, ἄλλα μᾶλλον, ἢ τὰ κοινῇ συνοίσον σκοπουμένων ἐστί. χρὴ δὲ τινας εἶναι τοὺς ὑπὲρ τῶν ὅλων βουλευσομένους, καὶ τῶν ἰδίων πλεονεξιῶν, τὴν κοινὴν ὠφελείαν προτιμήσοντας.

Τούτους τοίνυν ὑμᾶς φανῆναι προσήκει, καὶ τοῖς ἐμπεσοῦσι πράγμασι χρήσασθαι μετὰ νοῦ. ὑμῖν γὰρ εἴ τις αἵρεσιν προὔθηκε, καὶ ἔδει τὰ δοκοῦντα ἑλέσθαι, πάντας ἂν οἶμαι, καὶ πρὸ τῶν γονέων καὶ φίλων, καὶ συγγενῶν, τὴν τῶν βαρβάρων ἀπώλειαν εὔξασθαι· ὡς τούτου μηδὲν οὔτε δικαιότερον, οὔτε ἅπασιν ἥδιον ὄν. τί γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἠδικήκασιν οὗτοι, ἢ τίνος οὐκ ἄξιοι κολάζεσθαι, παρ' ἡμῶν. εἴτε γὰρ ἀπὸ Θεοῦ καὶ τῆς περὶ τούτου θρησκείας ἄρξασθαι δεῖ, ὃ καὶ τῇ φύσει τιμιώτερον, καὶ ἡμῖν ἰδίως πάντων ἁπλῶς περισπουδαστότατον, τίνων ἀσέβειαν τῇ τούτων ἔστι παραβάλλειν. τίνων δ' οἱ περὶ τοῦ κρείττονος λογισμοὶ, ἢ ἀτοπώτεροι, ἢ τοῖς ἀληθέσι μᾶλλον καὶ ἡμῖν ἐναντίοι. εἴτε τις τὴν καθημέραν αὐτῶν δίαιταν, καὶ τἆλλα ἀναλογίσαιτο, πάντα βδελυρίας εὑρήσει μεστά· καὶ τοσοῦτον, ὥστε αἴσχιον εἶναι καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐλέγχων ἀπόδειξιν. ἀλλὰ μὴν τοῦ παντὸς χρόνου δεῖ, τῷ μέλλοντι μετ' ἀκριβείας ἐρεῖν, ὅσοις μὲν κακοῖς διὰ τὴν τούτων πλεονεξίαν ἐχρησάμεθα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον, ὅσοις δὲ νῦν ἐνεχόμεθα. οὗτοι γάρ μόνοι σχεδὸν τῶν ἡμετέρων κακῶν εἰσὶν αἰτιώτατοι, καὶ οἷς, τὰς τῆς ἡμετέρας συμφορὰς δικαίως ἄν τις λογίσαιτο. ἐρῶ δὲ οὐ παλαιὰ, οὐδ' ὅσα τῶν ἱστορούντων ἢ πρεσβυτέρων ἠκούομεν· ἀλλ' ὅσα περὶ τετταράκοντα τούτων ἔτη ἡμᾶς ἠδικήκασιν.

Ὑμεῖς τοίνυν ἤρχετε μὲν πάσης Βιθυνίας· πάσης δὲ Ἰωνίας, καὶ Καρίας, καὶ Παμφυλίας· πάσης δὲ Φρυγίας, καὶ ὅσην νέμονται Παφλαγόνες. μισθὸν δὲ τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας, καὶ τοῖς Τραπεζουντίων ἄρχουσι, παρείχετε τὴν ἀρχήν· πολλαὶ δὲ καὶ καλαὶ περὶ τὸν Πόντον ὑμῖν ἦσαν πόλεις τε καὶ πρόσοδοι, καὶ μέχρι Φάσιδος, οἱ μὲν ὑπήκουον καθαρῶς· οἷς δ' οὐκ ἐδόκει λυσιτελεῖν, τὸ μὴ φίλους ὑμῖν καὶ συμμάχους ὑπάρχειν. καὶ σιωπῶ Θρᾴκην τε καὶ Ῥοδόπην, καὶ ὅσα τὴν χώραν ταύτην ἔθνη, ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἀρξάμενα, μέχρι τῆς θαλάττης οἰκεῖ. Θετταλία δὲ καὶ Μακεδονία, οὐ τοῖς ἡμετέροις ἔθεσι καὶ στρα-

quàm eorum, qui quod sit è re communi velint sibi propositum. Quosdam porrò oportebat esse, qui pro vniuersis consulturi essent, ac propriis ipsorum commodis communem vtilitatem prælaturi.

Hunc ergo vos modum habere conuenit, ac incidentibus rebus cum iudicio vti. Si quis enim optionem dedisset, habuissetisque eligendum quod videretur, omnes puto, præ parentibus, amicisque, ac cognatis, Barbarorum deletionem eratis electuri, quâ nimirum nihil vel iustius sit, aut vniuersis magis acceptum. Quid enim ij non iniuriæ nobis intulerunt, aut quo à nobis supplicio affici non merentur? Siquidem enim à Deo, ac religione in Deum inchoandum sit, quod & hominum genus charius habet, nobisque peculiari ambitione vniuersis omninò expetibilius est, quorumnam impietas cum eorum possit impietate conferri? Quorum circa id quod præstabilius sit, cogitationes, aut absonæ magis, aut veris ampliùs, ac nobis contrariæ? Quod siquis eorum consuetam viuendi rationem, ac alia reputet, plena omnia abominatione inueniet; eâque id exuperantiâ, vt & argumentis probare, turpius quid videatur. Enimverò, totum sit necessarium tempus, accuratè dicturo, quantis malis ab eorum iniquâ actione per tempus actum vsi simus, ac quãtis nunc tẽporis teneamur. Hi enim ferè soli malorum nostrorum auctores existũt, ac quibus meritò calamitas nostra adscribi possit. Dicam verò non vetera, nec siqua vel scriptorum monumentis, vel seniorum narratione accepimus; sed ea solum, quibus ij nos, ante hosce quadraginta annos læserunt.

Itaque imperio dominabamini toti Bithyniæ: toti quoque Ioniæ, Cariæ, Pamphyliæ: vniuersæ Phrygiæ, ac toti quam latè colunt, Paphlagones. Trapezuntiorum Principibus, eorum in vos beneuolentiæ præmio, concesseratis Imperium: multæ vobis ac pulchræ ciuitates ac reditus circa Pontum erant, ac vsque Phasidem, alij quidem absolutè parebant; alij, haud sibi conducibile arbitrabantur, vt ne vobis amici ac socij essent. Sileo autem Thraciam ac Rhodopen, ac si quæ gentes, incipiendo à montibus ad mare vsque, istam incolunt regionem. Thessalia autem ac Macedonia, quæ tot habeant

Trahit Turcos in inuidiam 1. ab impietate.

2. à consuetâ viuendi ratione.

3. à damnis illatis,

Imperij CP. facies nouissimis temporibus, ac priusquam à Turcis deleretur.

vrbes, tot exercitus, tot populos, nonne vestris moribus ac praetoribus regebantur? Porrò his quoque finibus Epirotae clausi erant: magnáque parte, dextra sinûs solos vos ex vniuersis dominos agnoscebant. Sed & Peloponnesus, quae sola ad gloriam domino sufficiat, vt quis eius Imperium teneat, cum aliis seruiuit. Fuit & aliud nihil iis deterius Imperium, ad mare. A Chelidoniis enim ad vsque Siciliae fretum, nulla prorsus insula erat non vestrae ditionis. Atque vt verbo dicam, quod orbis optimum habet, ac vtrinque anni tempestatum intemperiem fugit: atque ad frugum quidem copiam robustum est, atq; ad acies ac exercitûs comparatum; quodque pecuniariis obuentibus, fontium vbertatem vincere videatur, id totum nobis ceu honorarium à prouidentiâ seruatum erat: ex quibus omnibus innumerabilia quae tributis annuis aerario inferrêtur; graue erat exercituum percensere catalogos; arduum dicere, quas nedum necessariâ aliquâ ratione, sed & ad miraculum vndique classes mitteretis. Nam vt audio, centum quinquagintra magnis triremibus, necessario omni commeatu probè ad bellum instructis, mare nauigabatis. Quod autem Imperium nostrum è coelo tandem venire videretur, eique omnes ceu palam coelitùs instituto cederent, ac vniuersi ad eius leges sua componerent, hoc enimuerò amplíorem nobis honestatem addebat.

1. Centum quinquaginta triremium olim Graecorum classis.

Quorsum verò omnia ista differui? Non enim vt ipse quidem frustra terram tempus; vos verò, bonorum quae fuerût percensione tristitiâ afficiam: sed primùm vt ne animis concidatis, neue reputetis impossibile reuerti ad priorê fortunam. Iis enim, qui Imperio sunt assueti, tantaque possederunt bona, ac quibus, rerum adeò fortiter gestarnm omnes conscij sunt, facillimum est, modò tantùm multam illam ac inenarrabilem inertiam auferant, vt quàm olim, tam quoque nunc dominium protrahant. Deinde firmâ apud vos memoriâ tenetis, iis nos omnibus illorum violentiâ esse priuatos, nec quicquam vobis ab eorum iniquâ inuasione reliquum esse. Sanè quâ ab Hellesponto, & ad Orientem, quámque latè ad vsque montes Armeniae tenditur, terrâ fruebamur, vniuersam nobis auferentes, vrbes quidem funditùs euerte-

Quid vtilis memoriae amissi Imperij.

Miserabilis à Turcis Graecorum status.

τηρεῖς διῳκεῖτε, ποσαύτας μὲν ἔχουσαι πόλεις, τοσαῦτα δὲ στρατεύματα, τοσαῦτα δὲ ἔθνη; εἴσω δὲ τῶν ὅρων τούτων, ἤδη καὶ Ἠπειρῶται· καὶ ὅλως εἰσπλέοντι τὰ δεξιὰ τοῦ κόλπου, μόνους ὑμᾶς ἐξ ἁπάντων ἤδεσαν δεσπότας. Πελοπόννησος δ' αὖ ἱκανὴ μόνη τῷ δεσπότῃ γινομένη πρὸς δόξαν, εἴ τις μιᾶς αὐτῆς ἦρχε, μετὰ τῶν ἄλλων ἐδούλευσεν. ἑτέρα δὲ τούτων οὐκ ἐλάττων ἀρχή, κατὰ θάλατταν ὑπῆρχεν ὑμῖν. τὴν γὰρ ἀπὸ Χελιδονέων μέχρι τοῦ Σικελίας πορθμοῦ, πασῶν νήσων, οὐδεμία τὴν ὑμετέραν ἐξέφυγε δύναμιν. συνελόντι δ' εἰπεῖν, ὅ,τι τῆς οἰκουμένης ἄριστον, καὶ τὰς ἐφ' ἑκάτερα τῶν ὡρῶν ἀμετρίας ἐκφεῦγον· καὶ πρὸς μὲν καρπῶν φορὰν ἐρρωμένον· πρὸς δὲ συντάξεις καὶ στρατιὰς ἐπιτήδειον· τοῖς δὲ περὶ τὰ χρήματα πόροις, πρὸς τὴν ἀφθονίαν τῶν πηγῶν ἁμιλλώμενον, τοῦθ' ἡμῖν ὥσπερ ἀριστεῖόν τι παρὰ τῆς προνοίας ἐξῄρητο· ἐξ ὧν ἁπάντων, ἀδύνατον μὲν τὰς δι' ἔτους φερομένας τῷ ταμιείῳ προσόδους ἀπαριθμήσασθαι· χαλεπὸν δὲ ἐξηγήσασθαι τοὺς καταλόγους τῶν στρατευμάτων ἔργον ἢ τοὺς οὐ χρείας μόνον, ἀλλὰ καὶ θαύματος ἕνεκα πανταχόσε πεμπομένους ἀποστόλους εἰπεῖν. πεντήκοντα γὰρ καὶ ἑκατὸν ὡς ἀκούω τριήρεσι μακραῖς, ἐπλεῖτε τὴν θάλασσαν, αἷς οὐδενὸς ἐνέδει, τῶν ὅσα δεῖ προσεῖναι ταῖς καλῶς μαχομέναις. ὃ δὲ τὴν ἡμετέραν ἀρχὴν ἐξ οὐρανοῦ ποθὲν ἥκειν δοκεῖν, καὶ ὥσπερ ἐκεῖθεν σαφῶς χειροτονηθείσῃ πάντας εἴκειν αὐτῇ, καὶ πρὸς τοὺς ταύτης νόμους τὰ αὑτῶν πάντας καθίστασθαι, πολλῷ σεμνότερον ἡμῖν.

Τοῦ δὴ χάριν ταῦτα πάντα ἀφηγησάμην; οὐ γὰρ ἵν' ἐγὼ μὲν τηνάλλως ἀναλώσω τὸν χρόνον· ὑμᾶς δὲ τῇ τῶν οὐκέτ' ὄντων ἀγαθῶν διηγήσει λυπήσω· ἀλλ' ἵνα πρῶτον μὲν μὴ καταπέσητε· μηδ' ἀμήχανον νομίζητε πρὸς τὴν εἰωθυῖαν ὑμῖν τύχην ἐπαναστρέφειν. τοῖς γὰρ εἰωθόσιν ἄρχειν, καὶ τοσαῦτα ἀγαθὰ κτησαμένοις, καὶ οἷς τοσαύτην ἀνδραγαθίαν πάντες συνίσασι, ῥᾷστον, ἂν τῆς πολλῆς ταύτης καὶ ἀδιηγήτου βλακείας ἀφέλωσιν, ὅσων πρότερον, τούτων νῦν ἐπιπάτειν. ἔπειτα παρ' ὑμῖν αὐτοῖς εἰδότες βεβαίως, ὡς πάντ' ἐκεῖνα, ἐκ τούτων βιασαμένων ἀπεστερήθημεν· καὶ οὐδέν ἐστιν ὅπερ ὑμῖν ὑπολέλειπται διὰ τὴν τούτων πλεονεξίαν. τὴν μὲν γὰρ ἀφ' Ἑλλησπόντου καὶ πρὸς ἀνατολάς, καὶ ὅσην μέχρι τῶν τῆς Ἀρμενίας ὀρῶν ἐκαρπούμεθα γῆν, πᾶσαν ἡμῶν ἀφελόμενοι, τὰς μὲν πόλεις

κατέσκαψαν, ἱερὰ δὲ ἐσύλησαν, αἱμάτων δὲ καὶ νεκρῶν πάντα ἐνέπλησαν· τῶν δ᾽ οἰκητόρων, τὰς μὲν ψυχὰς ἐλυμήναντο· τὸν μὲν ἀληθῆ Θεὸν ἀναγκάσαντες ἀγνοῆσαι· τῶν δὲ παρ᾽ αὐτοῖς μεταδεδωκότες μιαρῶν μυστηρίων· τοῖς δὲ σώμασιν, ἐφ᾽ ὕβρει· φεῦ· κατεχρήσαντο· πάσης δὲ τῆς οὐσίας γυμνώσαντες, καὶ τὴν ἐλευθερίαν προσαφελόμενοι, εἴδωλα δούλων κατέλιπον ἀσθενῆ, πρὸς τὰς οἰκείας εὐπορείας καὶ τῇ περιλειφθείσῃ δυνάμει τοῖς ταλαιπώροις χρώμενοι. οὐκ ἤρκεσε δὲ αὐτοῖς ἐνταυθοῖ που στῆσαι τὴν ὕβριν· ἀλλὰ τὸν Ἑλλήσποντον διαβάντες, τὰς ἐπέκεινα πόλεις δουλεύειν ἠνάγκασαν. καὶ νῦν ἀσφαλέστερον οὗτοι, ἢ πρότερον ἡμεῖς τὴν Θρᾴκην οἰκοῦσιν. εἰ δὲ καί τι τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς τούτους διέφυγε, τυχὸν μὲν ἐλπίζουσι καὶ τοῦτο προσλήψεσθαι.

Γέλως ἡ πρὸς τούτους ἡμῶν ἀσχολία, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι τοῖς ἐπιχειροῦσιν ὑπὸ τούτων κωλυομένους, ὡς ἐχρῆν, ἀντεπεξιέναι, μηδὲ πρὸς τούτους τε κἀκείνους ἀρκεῖν, πολλοὺς ἡμῖν κύκλῳ περιέστησε πολέμους· ὥστε, τὰ μὲν ὑπ᾽ αὐτῶν· τὰ δὲ, δι᾽ αὐτοὺς ἀφῃρήμεθα. ὃ δὲ πᾶσαν δυστυχίαν νικᾷ, καὶ ᾧ μηδὲν ἔστι παραθεῖναι τῶν ἐν τῷ βίῳ, αἱ καθημέραν εἰσὶν ἐκδρομαὶ, καὶ αἱ πρὸς ταῖς πύλαις τῶν ἐξιόντων σφαγαὶ, καὶ τὸ μηδὲ τῶν τειχῶν ἀπέχεσθαι τὸ ἐκ λοιποῦ· ἡμᾶς δ᾽ ὥσπερ τὰ θηρία κατακλεισθέντας, τὴν ἐσχάτην ἀναμένειν πληγήν. καὶ σιωπῶ τὰ πέρυσι καὶ νῦν, ὑπὸ ταῖς ἡμετέραις ὄψεσι γεγονότα, τῆς τε γῆς ἡμῶν ὅσον ἔτεμον, καὶ ὅσους ὑπὲρ τῶν περιλειφθέντων καρπῶν εἰσεπράξαντο φόρους, καὶ ὡς οὐδὲν ὕβρεως καὶ παροινίας ἐνέλιπον. ταῦτα τοίνυν εἰ μὲν οὐκ ἀφόρητά τις ἡγεῖται, καὶ τοῖς πεπονθόσιν οὐχ ἱκανὰ κατὰ τῶν ἠδικηκότων ὀργὴν καὶ παροξυσμὸν ἐμποιῆσαι, θαυμάζω τοῦτον ἐγὼ τῆς εἰσάπαν ἀναλγησίας, καὶ οὐδ᾽ ἀνθρωπίνης φήσαιμ᾽ ἂν αὐτὸν μετεῖναι ψυχῆς. τί γὰρ ἂν εἴη λοιπὸν ὑφ᾽ ὅτου τις ἀμυνεῖται, εἰ ταῦτα μὴ δάκνει. ἢ τούτων ἀνεχόμενος, τίνας ἂν τις μισήσειε δικαιότερον. εἰ δὲ μέλει μὲν ὑμῖν εὐσεβείας· μέλει δὲ ψυχῶν· μέλει δὲ σωμάτων, καὶ ἱερῶν, καὶ πατρίδος, καὶ τάφων· καὶ πρός γε ἔτι παίδων καὶ γυναικῶν· καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλείας, καὶ τῆς μετὰ ταῦτ᾽ ἐσομένης παρὰ τῶν ἐσομένων δόξης ὑμῶν, πάντως Θεὸν καὶ τὴν ἀγαθὴν

runt; spoliati sunt templa; sepulchra effregerunt; sanguinibus ac cadaueribus omnia impleuerunt: quod autem spectat ad incolas, animos quidem corruperunt, ad veri Dei ignorationem cogentes, suisque eos impertientes impuris mysterijs; corporibus autem, heu! stupro abusi sunt: sed & omni substantiâ nudantes, ac abundè libertatem tollentes, infirma seruorum simulachra reliquerunt, suis ipsorum augendis facultatibus relictâ miseris vtentes virtute. Nec verò his terminis iniuriam sistere satis habuerunt; quin Hellesponto transmisso, vlteriores vrbes coëgerunt seruire; tutiùs modò, quàm nos olim Thraciam incolentes. Quod si etiam eos aliquid effugit Imperij nostri, illud nihilominus sese cumulò accepturos sperant.

Cæterùm, dum interim bello in eos occupamur, nec iis impedientibus, iustis copiis aduersus eos qui aggrediuntur exire possumus, sumusque ad vtrosque impares, multa nobis circunquaque bella concreuerunt: vt alia quidem amiserimus iis auferentibus; alia propter illos. Quod autem malam omnem fortunam superat, ac cui nihil in vitâ cōferri possit, quotidianæ sunt excursiones, ac quas exeuntium cædes patrant ad portas ciuitatis, quodque iam muris omninò immineant; nos verò tanquam clausæ bestiæ, supremam expectemus plagam. Sileo autem quæ anno superiori, ac nunc sub nostris sunt gesta obtutibus, quantam ij nostræ terræ partem messuerint, quantaque redimendis frugibus reliquis tributa exegerint, ac vt nihil iniuriæ ac insolentiæ reliquum voluerint. Si quis ergo est, cui hæc ferenda videantur, putetque non habere satis, vt læsis iram ac exacerbationem, in eos qui læserunt commoueant; huius ego insensibilitatem admiror, ac ne quid minimum humani animi habere dixerim. Quid enim iam causæ sit, vt quis vlcisci quærat, siquidem ista non mordeant? aut qui hæc sustinet, quosnam iustiori titulo odisse possit? Quod si quam pietatis curam agitis; si quam animorum; si quam corporum, & templorum, & patriæ, & sepulchrorum: ad hæc verò, etiam liberorum atque vxorum; nec non securi post modum rerum statûs, ac demum vestræ futuris temporibus apud posteros gloriæ, Deum omninò ac bonam

Occasione belli Turcici, alia bella conflata Græcis.

ſpem prætendentes, enitendum ſit vt violentos vlciſcamini oppreſſores, nullis non tentantis ex quibus commeatûs aliquid ab bellum comparari poſſit.

Sanè quidem vt quem malis finem eſſet inuenire, vel dando pecunias, vel nuptiarum fœdera pollicendo, vel pro præteritis nullam fore iniuriarum memoriam iureiurando firmando; ne ſic quidem par eſſet, vt noſtra bona nequiſſimis cedentes, acceptamque ab eis iniuriam obliuioni tradentes, lubentes haberemus, vt quis ſilentiò ſineret meminiſſe calamitatuoi. Nihil enim ego aliud nobis fore video, ab eâ ſtultitiâ commodi: Sin autem ne id quidem licet reſpondere; poſſe fieri, vt qui ſic multa iam acceperunt, nec oobis reliquerunt aliquid, quo nos ipſi reparare poſſemus, pro eo vt ne quod reliquum eſt, accipiant, hîc tandem, velut defectâ eis virtute, ſiſtant; aut velut priora omoia, non ad hoc vnum tanquam finem ioſtructa eſſent, vt nos noſtro dominio ac Imperio priuarent: quæ res, vniuerſis & ſapientibus & conſiliariis & vatibus liquidò confeſſa eſt; quomodò omni aliâ curâ abiectâ, oon rei vnius, nempe libertatis, ratio nobis habenda eſt? Non enim quæ alios ſeruieotes, ea & nos, iis noſtrûm victoribus, manent. Illis ſiquidem damnum eſt maximum, libertatis iactura; cùm alioqui viuere ſit ignobiles, iis fruootes quæ bellum non abſtulit. Hîc autem nobis, quâ primùm die ſeruitutem ſumus profeſſuri, omnium ſimul malorum initium erit. Cùm enim libertatem auferent, tum omni ſubſtantiâ ad vſque interulam nudabunt, noruntque omnes poſt plagas, ærumnas ac labores, quantam corporibus ſint illaturi iniuriam. Animæ autem exitium maius quid habet ad iacturam. Nam neque ipſa, à malorum nequam dominio libera eſſe permittitur. Quinimò eius mors, nulli interitioni comparari debet: ſiquidem haud æquum videatur, ab omnibus pariter externis boois, atque à Deo ſegregem fieri; ſine quo, nihil licet ſperare boni.

Cùm itaque vltio vndequaque neceſſaria ſit, ſiquidem ipſi à nobis ſatis ad bellum haberemus, eſſet id quidem optimum, cùm ad gloriam, tum oe auxiliares copiæ procul labore congregandæ eſſent. Ex quo tamen quotidiana vitæ laxitas, præſentiſque fortunæ

Ne quidem rebus in poſterum in tuto poſitis, non vlciſcendi hoſtes pro illatis damnis.

Nihil à Turcis totum Chriſtianis, quorum finis eorum omne abolere Imperium.

Maxima à Turcis iactura animorum exitium.

A ἐλπίδα προϊσταμένους, πειρατέον ἀπαιτῆσαι δίκην τοὺς ὑβριστάς, πᾶσιν ἐπιχειροῦντας, ὅθεν αὖ τι δυναίμεθα πορίσασθαι πρὸς τὸν πόλεμον.

Εἰ μὲν γὰρ ἦν ὅρον τινὰ τοῖς κακοῖς ἐξευρεῖν, ἢ χρήματα δόντας, ἢ γάμους ὑπισχνουμένους, ἢ τοῖς φθάσασι μὴ μνησικακεῖν ὀμωμοκότας, χρῆν μὲν οὐδ᾽ οὕτω τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν τοῖς ἐχθίστοις παραχωρήσαντας, καὶ τῆς αὐτῶν ὕβρεως λήθην λαβόντας, ἀγαπᾶν εἴ τις ἐφ᾽ ἡσυχίας ἐᾷ μεμνῆσθαι τὴν συμφοράν. B οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἔγωγε ὁρῶ κέρδος ὑμῖν ἐσόμενον ἀπὸ τῆς τοσαύτης ἀβελτηρίας· εἰ δὲ τούτῳ μόνον οὐκ ἔνεστιν ἀντειπεῖν, ὡς ἄρα τοὺς τοσαῦτα προειληφότας, καὶ μηδὲν ἡμῖν καταλελοιπότας, ὅθεν ἀναλαβεῖν ἡμᾶς αὐτοὺς δυνησόμεθα, αὐτοῦ καὶ τὸ λειπόμενον προσλαβεῖν, αὐτοῦ που στῆναι δυνατόν, ὥσπερ ἀπειρηκυίας αὐτοῖς τῆς δυνάμεως, ἢ τῶν προτέρων πάντων, μὴ πρὸς ἓν τοῦτο μόνον ὥσπερ εἰς τέλος, τὸ τὴν ἡγεμονίαν ἡμῶν ἀφελέσθαι καὶ τὴν ἀρχὴν συνεσκευασμένων· C καὶ περὶ τούτου πάντες καὶ σοφοὶ καὶ σύμβουλοι καὶ μάντεις ὁμολογήσουσι· πῶς οὐ πάντων ἀποστάντας, ἑνὸς μόνου φροντίζειν δεῖ, τῆς ἐλευθερίας. οὐ γὰρ ἃ τοὺς ἄλλους δουλεύσαντας, ταῦτα καὶ ἡμᾶς τούτων ἡττημένους περιμένει. ἐκείνοις μὲν γὰρ βλάβη μεγίστη, ἡ τῆς ἐλευθερίας ἐστὶ ζημία· τὰ δ᾽ ἄλλα ζῆν ἐστιν ἀτίμους, ἀπολαύοντας ὧνπερ ὁ πόλεμος οὐκ ἀφείλετο. ἐνταῦθα δὲ ἡμῖν ἡ πρώτη τῶν ἡμερῶν καθ᾽ ἣν τὴν δουλείαν D ὁμολογήσομεν, πάντων ὁμοῦ τῶν κακῶν ἡμῖν ἄρξει. τήν τε γὰρ ἐλευθερίαν ἡμῶν αἱρήσονται, καὶ τῆς οὐσίας μέχρι τοῦ χιτωνίσκου γυμνώσουσι, καὶ τοῖς σώμασι μετὰ πληγὰς καὶ ταλαιπωρίας καὶ πόνους, ἴσασι πάντες οἵαν ἐπιτηδεύσουσιν ὕβριν. ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ἀπώλεια, τὴν εἰς ταῦτα ζημίαν ὑπερέρχεται. οὐδὲ γὰρ αὐτὴ γοῦν ἐλευθεριάζειν τῆς τῶν πονηρῶν δεσποτείας κακῶν συγχωρεῖται· μᾶλλον δέ, τὸ πάθος ἐκείνης, οὐδεμιᾷ χρὴ παραβάλλειν φθορᾷ· εἴπερ οὐκ ἴσον, πάντων ὁμοῦ τῶν ἔξω- E θεν ἀγαθῶν, καὶ Θεοῦ χωρισθῆναι· οὗ χωρίς, οὐδὲν ἔστιν ἐλπίσαι τῶν ἀγαθῶν.

Εἰ τοίνυν ἐκ πάντων ἀναγκαῖον γὰρ τὸ ἀμύνασθαι, εἰ μὲν καὶ ἡμεῖς καθ᾽ ἑαυτοὺς αὐτάρκεις πρὸς τὸν πόλεμον ἦμεν, τοῦτ᾽ ἂν ἦν ἄριστον καὶ πρὸς δόξαν, καὶ πρὸς τὸ μὴ πόρρωθεν τὴν συμμαχίαν ἀθροίζοντας, πρᾶγμα ἔχειν. ἐπεὶ δ᾽ ἡ καθημερινὴ ῥᾳστώνη, καὶ τὸ τὰς παρούσας

τύχας μηδέποτε προσδοκῆσαι, εἰς τοῦτον κατὰ μικρὸν προήγαγεν ἡμᾶς τὸν κρημνόν· πάντως οὐδὲ παρὰ τῶν μάντεων ἑτέραν χρὴ προσδοκῆσαι φωνὴν, ἢ ὡς ἑτέρους δὴ καλεῖν, τοὺς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀπαιτήσοντας δίκην· ἐπεὶ ταύτην ἡμᾶς τὴν δύναμιν, ἡ τῶν βαρβάρων τούτων ἐπίθεσις καὶ πλεονεξία, ἀφείλετο. σκέψασθαι δὴ, τίνων δεῖ τοὺς ἡμῖν συνδιοίσοντας τὸν πόλεμον τοῦτον, ἵν᾽ ἐντεῦθεν, τίνας ἑλέσθαι δεῖ, γνώριμον ἡμῖν καταστῇ.

Οὐκοῦν ἀνάγκη, πρῶτον μὲν τῆς περὶ τὸ θεῖον δόξης ὑμῖν κοινωνεῖν. ἀμήχανον γὰρ, τοὺς περὶ τοῦτο ταῖς γνώμαις διῃρημένους, ἃ τῶν φίλων ἐστὶ, ταῦτ᾽ ἐλπίσαι ποτὲ παρ᾽ ἀλλήλων. ἔπειτα καὶ ἄλλως ἡμῖν οἰκείους καὶ συνήθεις ὑπάρχειν. λέγω δὲ, κοινὰς ποτὲ ἡμῖν κἀκείνοις γενέσθαι στρατείας καὶ διοικήσεις, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιμιξίας· καὶ ὅλως εἶναί τι καὶ πρότερον τὸ συνάγον. τίς γὰρ ἂν πιστεύσειε τοῖς μηδέποτ᾽ ἀλλήλους ἐγνωκόσι, τοσαύτην αὐτοῖς ἐκ πρώτης φιλίας ἐμφυήσεσθαι, ὥσθ᾽ ὑπὲρ ἀλλήλων αἱρεῖσθαι κινδυνεύειν· ὃ μηδ᾽ ὑπὲρ τῶν συνηθεστάτων ἐστὶ ῥᾳδίως προσδοκῆσαί ποτε. ἀλλὰ μὴν καὶ πλήθει, καὶ τόλμῃ, καὶ φρονήμασι, καὶ τῇ περὶ τὰς μάχας ἐμπειρίᾳ δεῖ τοὺς συμμάχους τῶν βαρβάρων προέχειν, εἰ μέλλοιεν τοὺς ἐν τῇ οἰκείᾳ μαχομένους, αὐτοὶ νικᾶν, ὄντες ξένοι, καὶ τρέψασθαι τοὺς εἰωθότας κρατεῖν· καὶ πρός γε ἔτι, μὴ ταύτην αὐτοῖς εἶναι πρώτην, τὴν πρὸς τοὺς πολεμίους συμπλοκῆς τὴν ἀρχήν· ἀλλὰ καὶ πρότερον εἶναι τούτων πεπειραμένους, καὶ τὰ φθάσαντα κατορθώματα, τῆς ὕστερον ἐσομένης νίκης ἐνέχυρον εἶναι. τῆς δὲ βεβαιότητος, καὶ τοῦ μὴ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐγνωσμένων ἀφίστασθαι, οὐκ οἶδ᾽ εἴ τις πρὸς τὸν πόλεμον ἀναγκαιοτέραν συντέλειαν ἡγεῖται. ὡς τό γε ἔργον ἁψαμένους ἀπειπεῖν πρὸ τοῦ τέλους, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ σφᾶς αὐτοὺς προδιδόναι, καὶ καθ᾽ ἡμῶν τοὺς πολεμίους παροξύνειν. καὶ μὴν, οὐδέν ἐστιν εἰς ὅ τι τούτων ἑκάστῳ χρησόμεθα, χρημάτων ἀπόντων· μᾶλλον δὲ, μὴ πλείστων παρόντων. τοῦτο γάρ ἐστιν, οὗ σχεδὸν πάντων μάλιστα δεῖ, καὶ ὧν οὐκ ἀφθόνως ἐπιρρεόντων, ἀνάγκη μετ᾽ αἰσχύνης ἀναχωρεῖν. δεῖ δὴ πλουσίων ἡμῖν, καὶ μεγαλοψύχων συμμάχων· οὐ τὰ ὅπλα μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς οἴκοι θησαυροὺς ὑπὲρ ἡμῶν τιθεμένων· καὶ ταῦθ᾽ ὑμῶν, μηδ᾽ ὀβολὸν μήτε δυναμένων μήτ᾽ ἴσως βουλομένων ὑπὲρ τῶν πραγμάτων προϊε-

summa quædam inexpectatiō, eò nos paulatim præcipitij prouexit; haud aliam planè vel à vatibus habemus expectandam vocem, quàm alios aduocandos esse, qui nostram vlciscantur iniuriam; siquidem id nobis facultatis ademptum est per Barbarorum impressionem ac iniquam vexationem. Considerandum itaque, quosnam oporteat esse, qui hoc bello socij depugnare habeant, vt eo, quinam sint eligendi perspicuum fiat.

Necessaria in belli socius.

Ante omnia igitur necesse sit, vt idem nobiscum de Deo sentiant. Quippe fieri nequit, vt qui hac parte animis diuisi sunt, quæ sunt amicorum, mutuò sibi vnquam præstanda sperent. Tum verò, vt & aliàs necessarij sint, ac quibuscum consueuerimus: vt inquam, communibus quondam bellis ac administrationibus functi simus, ac aliis vsi commerciis; ac omninò aliquid existat necesse sit, quod & priùs animos deuinxerit. Quis enim inducat in animum, hactenus inter se ignotis hominibus, tantam à primâ congressione coalituram amicitiam, vt nec pro se mutuò pericula adire detrectent; quod vix aliquis pro maximè necessariis vnquam facilè expectet. Quin & multitudine & audaciâ animisque, ac rei bellicæ peritiâ Barbaris præstare oportet, vt ipsi peregrini, in suâ ipsorum regione pugnantes illos victuri sint, ac victoriis assuetos in fugam versuri. Ad hæc item vt ne primum illud sit congressionis aduersus hostes initium; sed & iam talium periculum fecerint, ac quibus priora facinora, futuræ victoriæ existant pignus. Constantiâ autem, & vt ne ab iis, quæ initiò visa sunt, recedamus, haud noui an quis quid necessarium magis existimet ad belli consummationem. Atque adeò, vt rem auspicati, ante finem animum despondeamus, haud aliud sit, quàm vt nos ipsi prodamus, hostesque in nos irritemus. At neque suppetit quo horum quoque vtamur, si pecuniæ desint; imò nisi adsint multâ copiâ: Hoc enim est quo fere omnium maximè opus est; ac quibus non abundè affluentibus, necesse sit confusos recedere. Itaque necessarios habemus diuites ac magnificos auxiliarios, qui nedum arma, sed & thesauros domi repositos propter nos ponant: idque cùm vos, ne obolum possitis, ac fortè nolitis Reip. causâ effundere;

1 Religionis ac fidei communio.

2 Anterior consuetudo.

3. Vt potentiâ ac animis hostibus præstent.

4. Vt ne belli cum eis rudes sint.

5 Vt propositi tenaces existant.

6. Vt sint opulenti ac munifici.

tantùm abest, vt soluere mercedem, ac reliquum belli apparatum præstare.

Sed & fames vniuersa tenet, cùm nec terra reliqua sit, quam colamus, nec latrones liberum permittant mercatoribus alueum, & vt possint frumenta aduehere: quo fit, vt & locantibus operas ars inutilis videatur, non habentibus vt inde paciscantur; militibus, impetum timor retardauit; dominique, fugientibus seruis eorum ipsi vicissim subeunt sortem. Vniuersa ciuitatis species, omni parte velut in luctu commutata cernitur: cunctique malorum coitione tantâ stupefacti, animos desponderunt. Quin hoc quoque sapientum mentem quatit, quòd multi ciues adeò seruili animo facti sint, vt quid boni, illi Barbarorum seruituti inesse dicant, ac Romanos grauiora iubere. Quamobrem etiam propalam ad illos proficiscuntur, apudque illos certis quibusdam temporibus versantur, ouesque, & boues, & equos, ac pecunias, nostræ mercedem proditionis accipiunt: eisque compotantes nostram canunt perditionem; ac huius domum, vxoris illius speciem, aut etiam pignorum, iis propinant: apud se autem in votis habent, vt ab vniuersis adorari homines videant: iisque dictis ac factis reuerti præsumpserunt, significantes ciuibus, nisi taceant, dicturos se suis dominis, ac apud eos grauiùs accusaturos, non verentes malos illos dæmones ac pestes sic appellare. Ij verò horrore tenentur, longosque precantur annos iis, qui meritò agi debuissent: rogantes vt inter pocula eorum aliquid meminisse velint: tantamque libertatem sic apud illos merentes assumpserunt, vt nec prô illis impudenriâ orare vereantur, omniaque facere, ex quibus illis obsequantur; quod est vrbem prodere, ac palam vniuersorum dominos facere: vt nec iam desint qui optent sub pactis capi ciuitatem, timentes ne scelestis istis traditoribus contingat occupari.

Malorum ciuium studia ac defectio ad Turcos.

Sic publica res in extremas quasdam angustias redacta est, sicque deinceps liberos viuere impossibilibus accensendum videtur; in quas nos angustias con-

Quibus Græcorum labefactata Respublica.

A Θεοῦ, καὶ ὃ τίς οὐκ ἂν φρίξειεν· ὕβρεις σταυροῦ, καὶ γέλως τῆς πίστεως, καὶ θείων εἰκόνων ἄτιμοι περιαγωγαί, καὶ ἀπειλαὶ φρικώδεις, καὶ τοῦ μὴ ταύτας ἐκβῆναι, μηδ' ἂν αὐτόν, ὃν προσκυνοῦμεν Χριστὸν ἐπαρκεῖν οἷόν τε εἶναι.

Καὶ ὁ λιμὸς πάντα ἐλαύνων ἐπίκειται, μήτε γῆς ὑπολειπομένης ἣν γεωργήσομεν· μήτε τοῖς ἐμπόροις τῶν λῃστῶν ἄδειαν ποιούντων τοῦ πόρου· ἐξ ὧν, τοῖς μὲν ἐργολαβοῦσιν, ἄχρηστον ἡ B τέχνη δοκεῖ, οὐκ ἔχουσι τὰ ἐξ αὐτῆς διαπράξασθαι· στρατιώταις δὲ, τὴν ὁρμὴν ἐπέχει ὁ δέος· καὶ δεσπόται δούλων αὐτοὺς ἀποδράντων, αὐτοὶ τὴν ἐκείνων ἀντιλαμβάνουσι τύχην. τὸ δὴ ὅλον σχῆμα τῆς πόλεως ὁρᾶται διὰ πάντων ἀμειφθὲν ὥσπερ ἐν πένθει· πάντες δὲ τὴν τῶν κακῶν συνόδον ἐκπλαγέντες, ἀπειρήκασιν. καὶ ὃ τοὺς νοῦν ἔχοντας κατασείει, ὅτι καὶ τῶν πολιτευομένων πολλοί, οὕτω χείρους τὰς γνώμας γεγόνασιν, ὡς ἔχειν τι καὶ καλὸν λέγειν, τὴν ὑπὸ τοῖς βαρβάροις τούτοις C δουλείαν, καὶ τοὺς Ῥωμαίους βαρύτερα ἐπιτάττειν. ὥστε καὶ φανερῶς ἐπ' ἐκείνους ἀποδημοῦσι, καὶ ῥητούς τινας ἐκείνοις συνοῦσι χρόνους· καὶ πρόβατα, καὶ βοῦς, καὶ ἵππους, καὶ ἀργύρια, μισθοὺς ἔχουσι τῆς ἡμῶν προδοσίας· καὶ συμπίνοντες ἐκείνοις, τὴν ἡμετέραν ἀπώλειαν ᾄδουσι· καὶ τὴν τοῦ δεῖνος οἰκίαν, ἢ τὴν τῆς γυναικὸς ὥραν, ἢ τὴν παίδων ἐκείνοις προπίνουσιν· εὔχονται δὲ παρὰ σφίσιν ἰδεῖν ὑπὸ πάντων προσκυνουμένους· ταῦτ' εἰπόντες καὶ πράξαντες ἐπανή- D κον, ἐνδεικνύμενοι τοῖς πολίταις ὡς εἰ μὴ σιγήσουσι, πρὸς τοὺς δεσπότας αὐτῶν κατεροῦσι· τοὺς ἀλάστορας ἐκείνους οὐκ ὀκνοῦντες τοῦτο καλεῖν. οἱ δὲ, φρίττουσι, καὶ συνεύχονται γῆρας, τοῖς δικαίως ἂν ἀπαχθεῖσι· μνησθῆναί τι καὶ αὐτῶν ἐπὶ τῶν ποτῶν δεόμενοι· καὶ τοσαύτην παρρησίαν ἐν τοῖς ἐκείνοις μισθαρνοῦντες προσειληφότες, οὐκ ὀκνοῦσιν ὑπὲρ ἐκείνων ἀναίδην δημηγο- E ροῦντες, καὶ πάντα ποιοῦντες, ἐξ ὧν αὐτοῖς χαριοῦνται· ὅσον ἐπὶ προδοῦναι τὴν πόλιν, καὶ κυρίους ἐκείνους σαφῶς πάντων ποιῆσαι. ὥστ' εἰσὶν ἤδη οἱ μετὰ σπονδῶν γοῦν ἁλῶναι τὴν πόλιν εὐχόμενοι, δεδοικότες μὴ φθάσωσιν ὑπὸ τῶν μιαρῶν τούτων προδεδομένοι.

Οὕτως εἰς ἄπορόν τινα τύχην τὰ κοινὰ συνήλαθη, καὶ οὕτω τὸ μετ' ἐλευθερίας ζῆν τοῦ λοιποῦ, ἕν τι τῶν ἀδυνάτων δοκεῖ· εἰς ὅσ-

ὑμᾶς, τὸ, τὰ μὲν καθημέραν ἐλαττώματα διορθοῦσθαι νομίζειν περίεργον· τὸ δὲ, μετὰ ῥᾳστώνης διελθεῖν τὴν ἡμέραν, ἀνδράσι προσῆκον λογίζεσθαι· καὶ τοὺς μὲν ἃ δεῖ παραινοῦντας, λήρους καλεῖν· τοῖς δὲ ταῖς ἡμῶν ἡδοναῖς συναγωνιζομένοις ἆθλα θαυμαστὰ προστιθέναι, προσήγαγε. καὶ πρός γε ἔτι, τὸ τοὺς μὲν φανερῶς πολεμοῦντας ἀνέχεσθαι, καὶ πιστεύειν ἐξαπατῶσι· τοὺς δὲ μεθ' ὑμῶν τάττεσθαι καὶ συμμαχεῖν ἐπαγγελλομένους, ὑποπτεύειν· καὶ ζητεῖν προφάσεις ὅθεν λύσομεν τὰς φιλίας. ἀλλ' ἐὰν τῶν προτέρων καταγνόντες, τοῖς νῦν παρὰ Θεοῦ διδομένοις χρησώμεθα, καὶ τοὺς ἀνθέλκοντας τούτους ἀποσεισάμενοι, καὶ γραυσὶ ταῦτα μυθολογήσοντας ἀποπέμψαντες, τὸν ἔσχατον τοῦτον ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀγῶνα ἀγωνίσασθαι βουληθῆτε, οἶμαι, καὶ σὺν Θεῷ τοῦτ' εἰρήσθω, οὐ τὰ οἴκοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πορρωτάτω καλῶς ἕξειν ἡμῖν· καὶ μὴ τῇ πατρίδι μόνον ἀνασώσειν τὸ πάντων ἀντίρροπον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ πλειόνων ἄρξειν ἢ πρότερον· καὶ πάντας τοὺς πρὶν ὑφ' ἡμᾶς, ἐφ' ἡμᾶς ἐπανήξειν, καὶ πάντας ὑπὸ τοὺς ἡμετέρους ἔσεσθαι νόμους· καὶ πανταχοῦ τοῖς βαρβάροις ἀναθαρρήσοντας ἐπιθήσεσθαι. νῦν μὲν γὰρ ἡμᾶς ὁρῶντες κατεπτηχότας, εἰκότως συστέλλονται καὶ αὐτοὶ, καὶ τὴν δουλείαν ἀνέχονται, ὁρῶντες τοὺς δεσπότας ἀνακεχωρηκότας τῶν πραγμάτων· ἂν δὴ ὁρῶσιν ἀντιβλέπειν τολμήσοντας, καὶ αὐτοὶ συνοίσουσι τὰ ἑαυτῶν. οὐ μικρὸν δὲ εἰ τοῖς βαρβάροις ἔξωθεν βλαπτομένοις, καὶ τὰ παρὰ τῶν οἰκείων τούτοις οὐκ ἠρεμήσει.

Ἀλλὰ μὴν εἴ τι δεῖ ταῖς φήμαις, καὶ τοῖς κοινῇ λεγομένοις οὐκ ἀπιστεῖν, ἦν τι λόγιον, ἐκ τοῦ πελάγους καὶ τῶν Ἀλπίων ἥξειν, τοὺς τῇ πόλει καὶ ἡμῖν ἀμυνοῦντας· καὶ τούτους πάντας εἰδεῖν, τὴν μὲν τῶν βαρβάρων ὕβριν στορέσειν, ἀναγκάσειν δ' αὐτοὺς ὕστερον δουλεύειν, ὧν πρότερον ἦρχον. καὶ οὕτως ἐν ταῖς τῶν βαρβάρων ψυχαῖς ἤκμαζεν ἀεὶ τοῦτο τὸ δέος, ὥσθ' ὁπότε συνελθόντες βουλεύοιντο, τοῦτο νικᾶν, μὴ δεῖν πέρα τοῦ μετρίου τῇ πρὸς ἡμᾶς κεχρῆσθαι πλεονεξίᾳ· ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἡμᾶς ἀναλοῦν, μηδ' ἀπόγνωσιν ἡμῖν ἐμποιεῖν, ὥστε μὴ παντελῶς ἀπογνόντας, ἐπὶ τούτους καταφεύγειν, οἳ νῦν αὐτόματοι πάρεισιν, ὡς

iecit, tum quòd accidentia mala damnáque neglexerimus, ceu rem superfluam, emendare ac instaurare; tum quòd diem otio transigere ac ignauiâ, viros decere putaremus; ac monentes quidem quæ operæpretium essent, haberemus stultos; iis autem qui voluptatibus adblandirentur nostris, præclara quædam præmia proposita vellemus. Ad hæc autem, quòd manifestos hostes sustineremus, ac decipientibus haberemus fidem; eos autem qui nobis accedentes, belli se socios fore pollicebantur, habuerimus suspectos, ea causantes, quibus amicitias dissolueremus. Verùm vt priorum pœnitudine ducti, oblatis nunc Dei prouidentiâ voluerimus vti, iisque repulsis qui secus trahunt, ac ad anûs, quibus eas fabulas narrent, amandatis, supremum hoc pro salute communi desudare certamen: fore spero; quod sit dictum Deo auspice; vt nedum domesticæ res benè nobis habituræ sint, verùm etiam quàm longissimè positæ; vtque non solùm patriæ sartam tectam seruemus, vniuersis comparabilem ac æstimabilem magis libertatem, sed etiam pluribus imperemus; omnesque pridem nobis subiecti ad nos reuertantur, nostrisque vniuersi legibus subiiciantur: ac demum vt omni loco fiduciâ pleni, hostes inuadamus. Modò quidem cùm nos attonitos videant, meritò & ipsi contrahuntur, ac seruire sustinent, videntes dominos recessisse à rebus. Sin autem, contrà ausos respicere viderint, etiam ipsi conferent, quæ sunt ipsorum. Haud verò id modicum vt Barbaris externâ læsis impressione, nec quæ à suis habent quieta constiterint.

Enimuerò vt rumoribus, ac iis, quæ communi feruntur famâ, aliquid ad fidem dandum sit, erat oraculum quoddam, ventutos à mari ac Alpibus, qui vrbem ac nos vlturi essent; foreque vt eos omnes videremus, Barbarorum vi prostratâ atque iniuriâ, postmodum illis seruire cogentes, quibus priùs imperauissent: adeóque Barbari metum hunc semper animis vigentem habent, vt vbicunque ad deliberandum conuenerint, hoc obtineat, haud in nos immoderatiùs esse iniquâ vexatione abutendum; sed paulatim esse consumendos, nec in desperationem cogendos, ne omninò illâ persuasi, ad eos confugiamus, qui modò sponte adsunt,

Oraculum vulgi famâ iactatum, & à Turcis creditum ab Occidente delendos.

tanquam eo euentu nihil illis expeditio ac contentio conducibile habeant. Faustè itaque omen suscipiamus, cui & hostes suffragio accedant; nec eorum vota rata faciamus. Quippe absonum meritò videatur, vt cùm illi timeant, exque metu, domi viros manere precentur, eosdem ipsi venientes prohibeamus; sicque hostium cupiditati cooperari videamur.

A πότ' αὐτοῖς ἀντεπεξιέναι καὶ φιλονεικεῖν, οὐ συνοίσον. δεχώμεθα δὴ τὸν οἰωνὸν ἀγαθῇ τύχῃ, ᾧ καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν συμψηφίζεται· καὶ μὴ κυρίας τὰς εὐχὰς τοῖς βαρβάροις ποιῶμεν. ἄτοπον γὰρ ἐκείνων ταῦτα πεφοβημένων, καὶ διὰ τοῦτο εὐχομένων οἴκοι μένειν τοὺς ἄνδρας, ἡμᾶς κωλύειν αὐτοὺς ἥκοντας· καὶ οὕτω τοῖς πολεμίοις συγκατεργάζεσθαι δοκεῖν τὴν ἐπιθυμίαν.

NOTÆ.

DE Demetrio Cydonio in hæc verba Posseuinus ex Volaterranno. *Demetrius Cydonius Thessalonicensis, vir doctus aquè ac sanctus, Graca Latináque facundiâ praditus, ex patriâ decedens, Mediolanum venit, vbi literis Latinis ac Theologia operam dedit. S. Thoma Aquinatis libros in Gracum sermonem vertit, qua versio hodiéque in Bibl. Vaticanâ cernitur. Scripsit & contra Eunomium de Diuinitate Filij, &c.* Extat eius oratio Basileæ edita, de vitâ & morte. Habent plura eius, Bibliothecarum indices. Ex iis, vna hæc mihi oratio præcipua visa est, ac meo instituto opportuna quâ deinceps à Manuele præclarè illustrari videretur historia Græca. Nec enim Ioannes Imperator, quo Romam profecto Demetrius ista orauit, alius videatur quàm Ioannes Manuelis filius, quem & in Hungariam profectum auxilia corrogaturum habet Franzes c. 41. *Die 15. Nouembr. an. 6932. Christi 1424. Imperator Ioannes in Hungariam transijt, fratre suo Constantino Despotâ instituto, & pro se in vrbe relicto*: quam eius profectionem nec Demetrius silet. Orat ista cùm iam Græci omnibus penè amissis, vix vrbem saluam haberent. Argumento autem sunt, cùm Demetrij animi in Latinos propensiotis, tum iniquioris in eosdem plurium Græcorum, quos ij vltrò eorum causâ adeuntes pericula, ita ægrè admitterent: velut Turcorum, quàm Latinorum iugum leuius haberent. Præter alia Demetrij monumenta extat Regio Codice prolixissima Oratio εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν· qua fere omnia spectantia ad hominis lapsum ac reparationem luculentissimè tractat ac exequitur congruentias adducens, quales fere D. Thomas 3. summæ p. Eius titulo ita est additum. ὃν μὲν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενος, διὰ τὸ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἀποδοκιμασθῆναι. *Haud tamen sermo iste legitur in ecclesiâ quod reprobatus fuerit ab Ecclesiâ Catholicâ.* Legi ego, nec aliquid in quo minus Græcis ac nostris conueniat, offendi: eóque existimo reprobatum in odium auctoris, quem velut Λατινόφρονα Græci schismatici odio prosequerentur. Extat sanè ibidem eius ad Archiepiscopum Thessalonicensem Theodorum Glabam fusa satis Epistola, quâ se purgat, ac queritur de sinistris ab eo sparsis rumoribus, ac quibus traduceret velut hæreticum; promptum se doceri significans, vt ille meliora ostenderet ac probaret: haud verò cessurum, vt nonnullâ patrum populi, huiusue aut illius auctoritate, aut etiam experimento, vel sensu aliquo premeret: quibus planè Ecclesiæ suæ, quàm schismate diuisam nosset, nec dogmatis omninò sanam, auctoritatem eleuat, ac suorum carpit credulitatem, qui schismaticis ac hæreticis magistris adeò tribuant, et nihil prætereà reliquum velint ad veritatem indagandam. Quàm ergo Græcis schismaticis Cydonij inuidiosa memoria, tam Latinis Orthodoxis grata debeat esse ac sacra: sitque magis è re Christianâ eius publici iuris monumenta facere, quàm vel Philothei, vel Cabasilæ, aut aliorum æqualium, quos nihil Cydonio præstantiores doctrinâ aut eloquij nitore, erroribus in fide cum schismate infectos liquet.

1. *Centum quinquaginta magnis triremibus.* Erat illa tunc Græcorum potentia spectabilis. Decreuit numerus ille triremium, ac pene ad nihilum redactus est, cùm Michael Palæologus quorumdam suasione velut studio parcendi sumptibus, ac earum expensas in ærarium inferendi, stulto consilio, quod narrat Franzes l. 1. c. 9. triremium curam abiecit. Præstat certè Respublica, omnem belli apparatum terrâ marique, virosque omni militiâ exercitos, quàm multas congestas pecunias, in

in promptu ſemper habens : quarum vel rumor hoſtem prouocet aeſtimulet, quò ſui eas iuris faciat. Simi'e quid narrat Nicetas in Manuele Comneno.

2. *Barbarum ad muros pugnantem peremerunt.* Eandem Cantacuzenus hiſtoriam refert l. 3. vbi claſſem Rhodiorum ac aliorum Latinorum, quà Smyrna capta eſt, 24. triremium fuiſſe ait: celebratque eorum immenſam fortitudinem, vt ipſe præſens Ameras non potuerit portum tutari ac vrbem. Non liquet quemnam Barbarum Demetrius ibi occiſum dicat, à quo tanta Græcis immineret pernicies : nihil enim Cantacuzenus eiuſmodi habet. Lubens docerer in quem Imperatorem præcedens hiſtoria referri debeat, verè illa Latinis ac Occiduis, vt qua alia, glorioſa. Sed & reliqua in eoſdem ſubinde velut obiter dicta ac indicata, omninò illa præclara, ac verè Chriſtiani pectoris cum pari magnanimitate heroum maiorum noſtrorum, quorum orbis ſacro eiuſmodi bello facinorum, theatrum fuit ; præmiator, Deus ac cœli. Vtinam verò tandem aliquando, ac vel ſerò, nepotes ac filij, vix quicquam generoſitate impares, *ἐμφύλιον*, quo diſcordibus nobis dilabitur res Chriſtiana, commutauerint in verè ſacrum, auitâq; pietate matrem vindicare ſtuduerint.

3. *Conſobrinus eſt noſtri Imperatoris.* Fortè ex familiâ Marchionis Montiſferrati, cuius filia Irene Andronico Palæologo nupſit, ex quo filios tres ſuſcepit, ex quorum ſtemmate Regia Palæologorum domus deinceps propagata fuit. Vid. Greg. l. 6. & 7. Quin & Palæologorum familiam ex Italiâ, ac Viterbio Etruriæ ciuitate non ignobili originem traxiſſe, non nullis placet, quod docet Bizarus libro 1 de bello Veneto : ſed hoc remotius arbitror, quàm vt Demetrius eò reſpexerit, ac ducis Latinorum ſubſidij, Græcorumque Imperatoris conſanguinitatem, inde petierit.

4. *Venetorum milites.* Βενετικοὶ στρατιῶται· ſic omninò pro *στρατιῶται*· ſiue ipſe malè legi exſcripſique, ſiue ita antiquarius ediderat. Perſtringit bellum quod multis narrat Cantacuzenus l. 4 cuius malè geſti Græcis culpam omnem in Nicolaum Venetiarum ducem refundit, meticuloſiorem hominem, pugnamque quandiu licuit detrectantem. Acceperunt Arragonij maximam cladem prælio ad Galatam commiſſo, & vbi Genuenſes inſecuti, in loca aſpera incidiſſent, à quibus ſibi Romani i. Græci, Venetique locorum peritiores cauiſſent.

ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΣ ΕΤΕΡΟΣ, περὶ Καλλιπόλεως, αἰτήσαντος τοῦ Μουράτου.

ἜΔΕΙ μὲν, ὦ ἄνδρες, μὴ περὶ τοιούτων ἡμᾶς ἥκειν βουλευσομένους, ἐξ ὧν ὁποτέρου συμβάντος, αἰσχύνην καὶ κίνδυνον ἀνάγκη τῇ πόλει περιγίνεσθαι· ἀλλὰ περὶ τῶν ἐνδοξοτέρων τε καὶ βελτιόνων ἡμῖν εἶναι τοὺς λόγους· ἄλλως τε καὶ τῆς πόλεως ἡμῶν ἐν ταῖς κοιναῖς πράξεσιν, οὐδὲν πώποτε μὴ φιλοτιμίας καὶ δόξης ἐχόμενον, ἀνασχομένης ἐνδείκνυσθαι. ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν εὐτυχεῖν καὶ μεγάλα πράττειν ἡμᾶς ἀπολέλοιπεν ἤδη· πεπράγαμεν δὲ οὕτω κακῶς, ὥστε τὸ παρ' ἡμῖν ῥητόρων ἔργον εἶναι τῶν προκειμένων ἀεὶ κακῶν τὸ κουφότερον ἐξευρίσκειν, τί λοιπὸν, ἢ Θεῷ μὲν εὔχεσθαι περὶ ἡμῶν μετριώτερόν τι βουλεύσασθαι· αὐτοὺς δὲ λελογισμένως τῇ παρούσῃ τύχῃ χρωμένους, πειρᾶσθαι σώζειν αὐτοὺς ἕως ἔξεστι. καὶ μὴ

ORATIO ALIA DELIBERATIVA, de non reddendâ Callipoli petente Amurate.

PAR quidem, Auditores, erat, ne de iis deliberaturi in conſilium cogeremur, ex quibus, vtrum uis accidat, probrum vrbi ac periculum accedat, neceſſe ſit : ſed vt pro iis, quæ maiorem habent gloriam ac ſunt potiora, nobis eſſet orandum ; cùm alioqui etiam noſtra ciuitas, nihil vnquam in communibus actionibus, non magnificum ac gloriam habens, oſtendere ſuſtinuerit. Quia verò, nos iam felicitas, & vt magna deſignemus, defecit ; adeóque malè actum eſt nobiſcum, vt vnum id noſtris iam oratoribus incumbat, vt in malis propoſitis, quod ſit leuius inueniant ; quid ſupereſt, quàm vt Deum precemur mitiora de nobis decernere ; noſque ipſi, præſenti fortunâ è ratione, ac prudentiâ vtentes, noſtræ ipſorum ſaluti, quandiu licet, ſtudeamus conſulere, non

Breue exordium ac ex visceribus cauſæ.

velut desperatione acti, maiorum virtutem ac gloriam omninò prodere: sed pro virili, in illa videri exempla respicere. Quod itaque agitatur consilium, ac inuicem quotidiana illa nobiscum publicis conuentibus contradictio, in Chersonesi rebus versatur, ac vrbis Callipolis, quam Murates à nobis pro pace petit. Ac verò maxima ciuitatis pars, eorumque qui sunt à consiliis, in eo conspirat, vt dandam dicant, atque id sine morâ, quæ ipsa apertum ciuitatis periculum habeat. At ego, extremæ rem infelicitatis arbitrans, vt non in eo nostra deliberatio sit, vt hostium res nobis vendicemus, sed vt nostras ipsi dimittamus, hoc maximè indignandum dixerim, quòd plerosque nequidem sustinentes audire contrarios sermones adspiciam; sed ita totos deditos seruituti, atque vt Barbaro placeant, vt minori ille auiditate accipiat, quàm isti desiderio tribuant. Quid enim quis dicat, ad eorum alienum à ratione impetum respiciens; vtque hostes, ac rerum palam communium proditores pronuncient, vt quis obniti velit, ac quid melius pro negotio consulere? Quanquam tamen grande adeò periculum pro concione de aduersariis dicturo immineat, haud enimuero è ratione fit, vt cùm cœperim aliqua, à consulendo quod sit è re communi, abstineam. Æquum porrò fuerit, vt & ipsi non molestè feratis, si quorum rationes vestris minus consentire senseritis. Non enim vrbes de rebus extra omnem controuersiam positis dispicere solent ac deliberare; sed de obscuris, ac eius generis, vt de illis quis contraria dicens, haud stultus videatur. Quia ergo modò quoque prudenti ratione, communis conuentùs ac consilij copiam fecistis, alienum sit à ratione indignari, vt quis aduersam opinionem insinuauerit: cùm præsertim penes vos sit ac vestri arbitrij, vt vel probantes sententiam, eâ vtamini; vel aduersariis victoribus, quæ visa fuerint sequamini. Primùm quidem hoc cogitandum, Callipolim esse, quâ boni isti, ac vrbis se curam professi agere, hostibus cedendum admoneant, quam semper rerum nostrarum pretiosissimam duximus, ac momentum maximum habentem ad Barbarorum bellum.

Propositio, an petenti Amurati sit cedenda Callipolis.

Prima ratio vt non ita danda Callipolis à locis in rem Romanam commodis.

Sed & in conuentibus publicis, ac consiliis, quando cuique quod libeat

A ὥσπερ ἀπαγορεύοντες, τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς τε καὶ δόξης προέσθαι παντάπασιν· ἀλλ' ἐκ τῶν δυνατῶν εἰς ἐκεῖνα φαίνεσθαι τὰ παραδείγματα καὶ νῦν ἀποβλέποντες. ἡ μὲν οὖν βουλὴ καὶ ἡ καθημέραν γινομένη πρὸς ἀλλήλους ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀντιλογία, περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ πραγμάτων ἐστὶ καὶ τῆς Καλλιπόλεως, ἣν ὁ Μουράτης παρ' ἡμῶν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης αἰτεῖ. καὶ τό γε πλεῖστον τῆς πόλεως, καὶ τῶν συμβουλεύειν εἰωθότων, B φασὶ δεῖν ἤδη διδόναι, καὶ μὴ μέλλειν ὡς καὶ τῆς ἀναβολῆς φανερὸν κίνδυνον ἐχούσης τῇ πόλει. ἐγὼ δὲ ἐσχάτης ἀτυχίας νομίζων, οὐχ ὅτι τῶν πολεμίων προσληψόμεθα, ἀλλ' ὅτι τούτοις προσθησόμεθα τῶν ἡμετέρων βουλεύεσθαι, ἐπὶ τούτῳ μάλιστ' ἂν φαίην ἀγανακτεῖν, ὅτι τοὺς πλείστους τῶν ἐναντίων λόγων οὐδὲ ἀνεχομένους ὁρῶ· ἀλλ' οὕτως ὅλους τῆς δουλείας καὶ τοῦ τῷ βαρβάρῳ χαρίζεσθαι γεγονότας, ὥστ' ἐκείνου πρὸς τὸ λαβεῖν, τούτους ἑτοιμοτέρους εἶναι πρὸς τὸ διδόναι. τί γὰρ ἄν τις C εἴποι πρὸς τὴν ἄλογον αὐτῶν ὁρμὴν ἀποβλέπων, καὶ τοὺς πολεμίους, καὶ προδότας τῶν κοινῶν σαφῶς ἀποφαίνεσθαι, τοὺς ἐπιχειροῦντας καὶ βουλεύσασθαί τι περὶ τούτου βέλτιον ἀξιοῦντας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον ἐχούσης τοῖς λέγουσι κινδύνου τῆς περὶ τῶν ἐναντίων δημηγορίας, ἐκ λόγου δεῖ ἢ τινῶν ἄρξαντα, τῆς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ συμφέροντος συμβουλῆς ἀποσχέσθαι. δίκαιοι δ' ἂν εἴητε καὶ ὑμεῖς μὴ χαλεπαίνειν, ἄν τινων λογισμοὺς τοῖς ἡμετέροις μὴ συμβαίνοντας αἴσθησθε. D οὐ γὰρ περὶ ὧν οὐδεὶς ἀντιλέγει, περὶ τούτων αἱ πόλεις εἰώθασι σκοπεῖν καὶ βουλεύεσθαι· ἀλλὰ περὶ τῶν ἀδήλων, καὶ περὶ ὧν τις τἀναντία λέγων, οὐ δόξει ληρεῖν. ἐπεὶ τοίνυν καὶ τὰς συνόδους ποιοῦντες ἐκκλησίαν ἀποδεδώκατε καὶ βουλήν, ἄλογον δυσχεραίνειν, εἴ τις καὶ τῆς ἐναντίας ἅπτοιτο δόξης. ἄλλως τε καὶ μετὰ τοὺς λόγους, ἐφ' ὑμῖν ὄντος ἢ τὴν γνώμην ἐπαινέσαντας χρήσασθαι ταύτῃ, ἢ τῶν ἐναντίων κρατούντων, ταῖς δόξαις ἕπεσθαι. πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο ἐνθυμητέον, ὡς αὕτη γ' ἐστὶν ἡ E Καλλίπολις, ἧς οἱ χρηστοὶ καὶ τῆς πόλεως φροντίζειν φάσκοντες οὗτοι, τοῖς πολεμίοις παραχωροῦσιν ἐκστῆναι, ἣν ἀεὶ πάντων τῶν ἡμετέρων κτημάτων ἡγούμεθα τιμιώτερον, καὶ μεγίστην ἡμῖν συντέλειαν πρὸς τὸν τῶν βαρβάρων πόλεμον, παρέχεσθαι δυναμένην.

Ἀλλὰ κἂν ταῖς ἐκκλησίαις, κἂν ταῖς βουλαῖς, ὅτε πᾶσι μετὰ παρρησίας τὸ δοκοῦν ἐξε-

τι λέγειν, περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἤκουεν ἄν τις ἀλλήλοις πολλοὺς ἐναντιουμένους· καὶ τὰ μὲν ὑπ' ἄλλων τιθέμενα, ὑπ' ἄλλων δὲ ἀναιρούμενα· φιλόνεικος δὲ οὕτως οὐδεὶς, ὥστ' ἀξιοῦν ἄλλό τι τῆς Καλλιπόλεως προτιμᾶν· ἀλλὰ αὕτη δὴ μία γνώμη διὰ πάντων ἐκράτει, ἀντέχεσθαι τοῦ φρουρίου, καὶ πόνους ὑπομένειν καὶ πονοῦντας καὶ ἀναλίσκοντας, ὥστε σῶν ἀεὶ τῇ πόλει τηρεῖσθαι. τοῦ δ' οὕτω πάντας περὶ τοῦ φρουρίου φρονεῖν, αἴτιον ἡ πεῖρα, καὶ τὸ παρ' αὐτῆς διδαχθῆναι, ὅσον ἀεὶ τοῖς ἡμετέροις συνήνεγκε πράγμασι. τὸ γὰρ μὴ πάντα πεπτωκέναι ὥσπερ ὑπό τινος κύματος κατακλυσθέντας, μηκέτ' εἶναι πάντας ἡμᾶς, καὶ τοὺς λοιποὺς Ἕλληνας ὅσοι τὴν Εὐρώπην οἰκοῦσιν, ὅτε τὴν Ἀσίαν ἦγον καὶ ἔφερον οἱ νῦν ἡμῖν ἐπικείμενοι, τοῦτ' αἴτιον ἦν. ὅτι δὴ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ τειχῶν πάντων ἐπικαιρότατον, ὄν, καὶ πρὸς τῷ πόρῳ καὶ τῷ στόμῳ κείμενον, ὅθεν αἱ τῶν βαρβάρων ἀναγόμεναι νῆες οὐκ ἔμελλον λήσειν, ταῖς ἡμετέραις τριήρεσιν ἐφορμούσαις αὐτόθι παρέχειν ἄδειαν, τοὺς τῶν βαρβάρων ἀνείργειν λῃστάς, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἀσφαλῶς τὰς πόλεις οἰκεῖν. ἔπειτ' οὐ μόνον ἐκ τῶν δυσχερῶν ὧν ...... πεπειράμεθα καὶ πειρώμεθ' αὐτὸ ἀποβαλόντες ῥᾷστον συνιδεῖν, ὡς πάντως μᾶλλον τῶν ὑπαρχόντων ἡμῖν ἀποστατέον, ἢ τούτου. ὃ γὰρ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον καὶ τὴν Προποντίδα συμβάντος σεισμοῦ ὃς πάντα ἀνέτρεψε, καὶ τὸ χωρίον τοῦτο τοῖς βαρβάροις προδεδωκότος, ἥ τε Χερρόνησος πᾶσα τούτοις ἐδούλευσε, καὶ τὰς ἐν Θρᾴκῃ πόλεις, ὑφ' ἑαυτῶν ἐποιήσαντο, καὶ πρὶν ἔτος ἐξήκειν, φόρους τε ἡμᾶς ἐπράξαντο, καὶ τὴν περὶ τῶν τειχῶν ἔτεμον γῆν. κἂν τις τῆς παρούσης αἰσχύνης, καὶ τοῦ περὶ τῶν οὕτως ἀδόξων καὶ ταπεινῶν τὴν πόλιν βουλεύεσθαι, αἰτίαν τὴν Καλλίπολιν, καὶ τὴν ἐκείνης ἀπώλειαν εἶναι φῇ, οὐδένα ἂν ἔχοι τὸν ἀντιλέγοντα. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, ἃ παρόντα μὲν τοσαύτην ἤνεγκε τὴν ὠφέλειαν· ἀπόντα δὲ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ἐπήνεγκε, τούτων ἐκστῆναι τοῖς πολεμίοις, καὶ οἷς ταῦτα προσλαβοῦσιν, οὐδὲν ἔτι κατὰ τῆς πόλεως ἀτόλμητον ἔσται. καὶ ταῦτα ἐξ ἐπιτάγματος, ὥσπερ δέον τοῖς βαρβάροις πάντα ὑπακούειν, ἢ τῶν ἡμετέρων πλεονεκτημάτων ἐκείνους κυρίους ποιεῖν.

Κἀκεῖνο δὲ χρὴ προσενθυμεῖσθαι· ὅτι πρῶτον ἠγγέλθη, τὴν Καλλίπολιν σεισθῆ-

cum fiduciâ licet loqui, quod quidem spectat ad alia, plures quis inuicem aduersantes audierit: ac alios quidem hęc asserētes, alios verò negantes: neminem verò vsque adeò contentiosum, vt rem aliquam Callipoli præhabendam putauerit: quin vna hæc vbique obtinebat sententia, vt præsidium retineremus, nullisque vel laboribus vel impensis parceremus, quò illud semper vrbi seruaretur incolume. Vt sic autem vniuersi de præsidio sentirent, in causâ fuit experientia, quodque eâ magistrâ compertum esset, quantum semper rebus nostris illud momenti attulisset. Quod enim necdum omninò ceu fluctu quodam obruti vniuersi fuerimus, ac Græci reliqui quotquot Europam habitant, cùm, qui iam nobis infesti ingruunt, Asiam ducerent ac in castris haberent, illud causa fuit, Quòd nimirum illud, Hellespōti omnibus mœniis opportunissimum, interque alueum ac fauces positum, vnde soluentes Barbarorum naues haudquaquam latere poterant, illic stationem habentibus triremibus nostris, vt liberè cohiberent latrocinantes Barbaros, nostrisque vt vrbes tutò habitarent, præstaret. Prætereà, nedum ex malis quæ cauimus, sed & ex iis, quorum eo amisso fecimus periculum facimusque, elatiùs liqueat, nihil nobis esse, quo non priùs quàm illo cedere debeamus. Vbi enim quæ in Hellesponto ac Propontide facta quassatio, vniuersa euertit, hocquoque Barbaris oppidum tradidisset, cùm Chersonesus tota illis addicta est, tum vrbes Thraciæ, ditioni adiecerunt; ac needum exacto anno, à nobis tributa exegerunt, terramque è mœnium regione positam arauerunt. Quin & vt quis præsentis probri, vtque ciuitas pro sic ingloriis ac humilibus deliberare cogatur, Callipolim causam dixerit, ac quòd ea amissa sit, neminem fore arbitror qui contradicat. Quî ergo non absurdum, vt iis, quæ præsentia adeò profuerunt, quæque cùm abessent suprema pericula attulerunt, hostibus cedamus, quibus vt recipiant, nihil iam in vrbem intentatum relinquent? Atque id ex præcepto, tanquam in omnibus morem Barbaris gerere oporteat, nostrorumque illos commodorum facere dominos.

Sed & abundè illud cogitandum, vbi primùm rumor percrebuit, quassa-

A lectu publico illâ prius captâ.

tam à Barbaris Callipolim captam esse, A quasnam emittebamus voces, ac quis vrbe totâ luctus erat? quæue tunc in vrbe obtinebat fama? Nonne periisse nos? Non iam omnes, tanquam in sagenâ, sic teneri à Barbaris muris conclusos? Nonne ipsum iam vrbis solum obnoxium esse periculis? Nonne tunc beatus habebatur, qui necdum periculis exceptus vrbem relinqueret? Omninò memoriâ tenetis, vt hostium terrâ suspectiorem patriam haberemus; omnesque in Italiam, ac Gades, mareque Columnis vlterius, tanquam eâ tantum B ratione à seruituris iugo liberandi festinarent. Quam ergo tunc amissam lugebamus, ac quâ seruiente, nullum non expectandum malum videbatur, eam sic temerè dimittemus, quòd iterum fauens prouidentia, res nobis reduxerit, tanquam vel iacturæ obliti, vel qui malâ quidem fortunâ ratione agere nouerimus, prosperâ autem, vti non possimus. Tametsi quomodo non omni fine productius malum, vt quorum domini non sentiamus quid illa com- C modi habent; amissis autem mœrore afficiamur? ac quidem desideremus, cùm non adsunt, cùm verò redierint, iterum proiiciamus: idque cùm sciamus fore, vt amorem minimè extinguamus, sed vt etiam extinctâ re augeamus. Hoc enim palam, non eorum sit qui telam retexant Penelopes, sed qui seipsos perdant, suaque ipsorum vota odio habeant.

Atqui, vt nostris ipsi reditibus expe- D ditioneque ac laboribus, cùm priùs Barbaris subiecta esset, vrbem nobis asseruissemus, nec sic par erat expensarum oblitos ac susceptorum laborum, sic rursus illis dimittere. Esset nihilominus aliquid ad rationem probabile, vt eò in præsentiarum negligeremus, quòd in nostrâ potestate esset iterum cùm vellemus recipere: quanquam alioqui vt dicebam, stultum sit, vt vltrò tribuentes, denuò conemur recuperare, ac quotidie negotia habeamus. Quòd E si nos, cùm tunc capta esset, sic longè eramus, vt ei possemus auxilium ferre, vti puto, vt possimus volare. Scitis enim vt annis singulis super his collectâ ecclesiâ, haud minoribus pedestribus copiis opus diceremus, ac Xerxes eduxisset contra Græcos: nauibus verò pluribus, quàm quibus Græci cœperunt Troiam; pecuniis adeò multis,

Quòd non Græcorum arcis capta, nec semel dimissâ spes vlla sit iterum recuperandi.

A σθαι ὑπὸ τῶν βαρβάρων ληφθεῖσαν, τίνας φωνὰς ἠφίεμεν, καὶ τίς ἦν διὰ πάσης τῆς πόλεως θρῆνος· καὶ τίς ἦν ἡ τότε περὶ τῇ πόλει κρατοῦσα φήμη. οὐχ ὡς ἀπολώλαμεν; οὐχ ὡς ἐν σαγήνῃ πάντες ἤδη τοῖς τείχεσιν, ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐχόμεθα; οὐχ ὡς καὶ τοὔδαφος αὐτὸ λοιπὸν τῆς πόλεως ὑπόκειται τοῖς κινδύνοις; οὐκ εὐδαίμων ὁ πρὸ τῶν κινδύνων τὴν πόλιν καταλιμπάνων τότε ἐδόκει; πάντως μέμνησθε, ὡς τῆς πολεμίας μᾶλλον ὑπωπτεύομεν τὴν πατρίδα, καὶ πρὸς Ἰταλίαν, καὶ Γάδειρα, καὶ τὴν ἔξω στηλῶν B πάντες ἠπείγοντο θάλασσαν, ὡς οὕτω μόνως τῆς δουλείας ἀπαλλαξόμενοι. ἣν τοίνυν τότ᾽ ἐθρηνοῦμεν ἀπολωλυῖαν, καὶ ἧς δουλευούσης, οὐδὲν ἡμῖν ἦν ἀνέλπιστον τῶν κακῶν, ταύτην οὕτως ἁπλῶς προησόμεθα, ἐπειδήπερ ἡ πρόνοια πάλιν εὖ ποιοῦσα τὰ πράγματα ἡμῖν ἐπανήγαγεν· ὥσπερ ἢ τῆς ζημίας ἐπιλαθόμενοι, ἢ δυστυχοῦντες μὲν εἰδότες λογίζεσθαι, τῇ δὲ βελτίονι τύχῃ μὴ δυνάμενοι χρῆσθαι. καί τοι πῶς οὐκ ἀπέ- C ραντον τὸ κακὸν, εἰ κύριοι μὲν τινων ὄντες, οὐκ αἰσθησόμεθα τῆς ἀπὸ τούτων ὠφελείας· ἀπολωλότων δὲ, ἀθυμήσομεν· καὶ ποθήσομεν μὲν μὴ παρόντα· ἐπανελθόντα δὲ, αὖθις ῥίψομεν· καὶ ταῦτ᾽ εἰδότες, ὡς οὐ καταλύσομεν τὸν ἔρωτα, ἀλλὰ καὶ προσαυξήσομεν, ὅταν οὐκ ᾖ. τοῦτο γὰρ ἄντικρυς, οὐ Πενελόπης ἱστὸν· ἑαυτοὺς δ᾽ ἐστὶν ἀναλυόντων, καὶ τὰς ἑαυτῶν μισούντων εὐχάς.

Ἀλλὰ μὴν, εἰ μὲν οἰκείοις τέλεσι καὶ στρα- D τείαις καὶ πόνοις, ταύτην ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γενομένην ἀνεκτησάμεθα, χρῆν μὲν οὐδ᾽ οὕτως ὧν ἀνηλώκαμεν καὶ πεπονήκαμεν ἐπιλαθομένους, ταύτην ἐκείνοις πάλιν προΐεσθαι. ὅμως εἶχε τινὰ λόγον τὸ πάλιν ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι ταύτην ἀναλαβεῖν ὅταν βουλώμεθα, πρὸς τὸ ταύτης νῦν ἡμᾶς ἀμελῆσαι· εἰ καὶ ἄλλως, ὅπερ ἔφην, ἀνόητον, ἑκόντας ἐκδιδόντας, αὖθις ἀνασώζειν πειρᾶσθαι, καὶ καθ᾽ ἑκατέραν πράγματα E ἔχειν. εἰ δ᾽ ἡμεῖς τῇ ἁλούσῃ τοσοῦτ᾽ ἀπείχομεν αὐτῇ βοηθῆσαι, ὅσον ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τὸ πετήσασθαι. ἴστε γὰρ ὡς ἔτους ἑκάστου περὶ τούτων ἐκκλησίαν ἀθροίζοντες, πεζῆς μὲν δυνάμεως, οὐκ ἐλάττονος ἢ Ξέρξης ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἦγε, τοῖς πράγμασιν ἐλέγομεν δεῖν· νεῶν δὲ πλειόνων, ἢ δι᾽ ὅσων τὴν Τροίαν Ἕλληνες εἷλον· χρημάτων δ᾽ ὅσων,

οὐδ᾽ αἱ τῆς ἑκάστου οὐσίας ἐξαργυρισθεῖσαι ἤρκεσαν. ἄλλοι δέ τινες πόῤῥωθεν ἥκοντες, καὶ ἡμῖν ὧν ἀπεστερήμεθα συναλγήσαντες, τοῖς ἑαυτῶν κινδύνοις καὶ ἀναλώμασιν αὖθις ἡμῖν ἀπέδοσαν, ὧν πρότερον ἐκπεπτώκειμεν, τί δεῖ πάλιν εἰς τὰς προτέρας καθίστασθαι συμφοράς, καὶ τὴν μὲν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀφανίζειν φιλοτιμίαν, οἷς παρ᾽ ἡμῶν καὶ στήλην ἔδει σταθῆναι μνημεῖον ὧν ἡμᾶς εὐεργέτησαν· αὐτοὺς δὲ, τὰ τῶν μαινομένων ποιεῖν, οἳ τὴν ἐσθῆτα περιῤῥηγνύντες ἀσχημονοῦσι. κἂν τις αὖθις περιστέλλῃ· οἱ δὲ πάλιν γυμνοῦνται, καὶ δάκνουσι τοὺς δι᾽ οἶκτον ἐπιμελουμένους αὐτῶν.

Αἰσχρὸν μὲν γὰρ καὶ τὸ δῆλον εἶναί τινα ἑαυτῷ μὴ ἀρκοῦντα· ἀλλ᾽ ὥσπερ τινῶν παιδαγωγῶν ἑτέρων δεῖσθαι, εἰ μέλλοι τὰ ὄντα τηρήσειν. τὸ δὲ καὶ ἄλλων βοηθούντων, καὶ τοὺς ἀδικεῖν βουλομένους εἰργόντων, καὶ πάντα τρόπον ὅπως εὖ πράξειε προνοούντων, αὐτὸν κρημνίζειν ἑαυτὸν ἐξ ἐπιτηδές, καὶ τοῖς ἐχθροῖς πληροῦν τὰς εὐχάς, τοῦτ᾽ ἤδη καὶ τὰ τῶν μαινομένων παραδείγματα σαφῶς ὑπεραίρει. πρὸς Θεοῦ. εἰ δὲ δὴ καὶ ἐλθόντες, ἢ καὶ πρέσβεις πέμψαντες πρὸς ἡμᾶς, οἱ καὶ Καλλίπολιν τῶν βαρβάρων ἀφελόμενοι, καὶ ἡμῖν παραδόντες, λέγοιεν· ἡμεῖς ὦ ἄνδρες οὐδὲν ὑμῖν προσήκοντες· οὐδὲ γὰρ προξενία γέ τις ἦν ἡμῖν παρὰ Βυζαντίοις, οὐδὲ χάριτός τινος ἢ βοηθείας ἡμῖν παρ᾽ ὑμῶν ὑπαρξάσης, ἔδει τὴν δωρεὰν ἀντιδώματι πληροῦν· τὴν ἀρχὴν δὲ, οὐδ᾽ ἄνευ ἑρμηνέων ὅ, τι βούλεσθε συνιέντες, ἐπειδὴ μόνον τοὺς Χριστὸν μεθ᾽ ἡμῶν προσκυνοῦντας, ἠκούομεν ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταπατεῖσθαι· καὶ τὴν μὲν ὑμετέραν γῆν ἐκείνοις φέρειν τοὺς καρποὺς καὶ τὰ κέρδη· τὰς δὲ πόλεις ὑπ᾽ ἐκείνων ἀνασταθῆναι· καὶ τῶν μὲν σωμάτων ὅσα τὸ ξίφος διέφυγε, πανταχόσε διασπαρέντα δουλεύειν· τὰς δὲ ψυχὰς ἅμα τούτοις, τὰ μὲν, βίᾳ· τὰ δὲ, πειθοῖ, καὶ τῇ καθημέραν πρὸς τούτους ὁμιλίᾳ μιαίνεσθαι· τοσοῦτο δ᾽ ὑμῖν τῆς χώρας λειφθῆναι, ὅσον μηδὲ πρὸς τοὺς φόρους οὓς οἴσετε τοῖς βαρβάροις ἀρκεῖν· πάντα δὲ τὸν ὑμέτερον κόσμον πρὸς ἐκείνους μετατεθεῖσθαι, καὶ λοιπὸν εὐχὴν ὑμῖν εἶναι, τὸ γοῦν δουλεύειν συγχωρηθῆναι, ταῦτα τῆς φήμης ἀκούσαντες, καὶ συμφορὰν ἰδίαν τὰ οἰκεῖα λογισάμενοι πάθη· καὶ μηδὲ τὴν τῶν διδαξόντων πρεσβείαν παρ᾽ ὑμῶν ἀναμείναντες, ἐξήλθομεν μὲν τῆς πατρίδος· κατελίπομεν δὲ γονέας καὶ φίλους καὶ τοὺς ἄλλους ἐπιτηδείους, δεομένους καθῆσθαι, καὶ

A vt nec singulorum facultates in argentum versæ sufficerent. Sic verò rebus habentibus venerunt alij quidam è longinquis, nobisque, pro eo atque expoliati essemus condolentes, suis ipsorum periculis atque sumptibus, iterum nobis reddiderunt, quæ priùs amiseramus: Quid ergo opus prioribus nos calamitatibus inseramus, ac illorum quidem virorum magnificentiam obscuremus, quibus & titulum nos oportebat erigere, eorum monumentum beneficiorum, B quibus nos deuinxerunt: ipsi verò, quæ sint furiosi præstemus, qui discissâ veste, nudi turpiter incedant: sin autem quis induerit, rursus nudentur, ac eos mordeant, qui misericordiâ illorum curam agunt.

Turpe hoc quidem, vt quem liqueat ipsum sibi non sufficere, sed velut aliis quibusdam pædagogis egere, qui res eius custodiant: Vt autem quanquam adiutoribus aliis, ac arcentibus volentes inferre iniuriam, omnique modo vt be- C nè ac prosperè habeat prouidentibus, ipse se de industriâ det præcipitem, impleatque hostium vota, hoc iam etiam eorum, qui furore insaniunt, exempla superet. Per Deum rogo: Vt etiam veniant, aut ad nos legatos mittant, qui ereptam Barbaris Callipolim, nobis tradiderunt, ac dicant: *Nos, viri, nullâ vobis necessitudine coniuncti: neque enim aliquis nobis apud Byzantios commeatus, nec aliquo à vobis beneficio, aut auxilio accepto, necesse habuimus munus repende-* D *re: quin à principio ne quid velletis quidem intelligentes sine interprete, quòd solùm Christi nobiscum cultores à Barbaris conculcari audierimus: ac terram quidem vestram illis ferre fructûs ac lucra; vrbes autem ab illis esse euersas: ac corpora quidem siqua gladium effugerunt, vbique dispersa seruitutem seruire; ad hæc autem animas, quà vi, quà suasione ac quotidianâ cum illis consuetudine pollui: sic autem angustam vobis regionem restare, vt ne quidem tributis, quæ pendenda Barbaris habetis sufficiat; omnem-* E *que ornatum vestrum ad illos commigrasse, ac deinceps habere in votis, vt saltem seruire permittamini: horum famâ ad nos perlatâ, nostramque ipsorum calamitatem vestra arbitrati mala; ac nec expectatis legatis quibus nos ea doceretis, patriâ quisque suâ egressi sumus; dereliquimus verò parentes, amicos, aliosque necessarios, tametsi sedere rogarent, ac eum co-*

Pulchra prosopopeia Christianorum, per quos Græci recepissent Callipolim.

gnatis, bonis quæ domi iucundè haberent, frui, nec anxios esse, autve belli incommoda, ac fortunam aliorum nobis asciscere. Porrò autem erant plerisque nostrûm, etiam vxores ac liberi: vt illis, virorum; istis patrum operâ ac curâ opus esset. Scitis autem larium amores, vtque vel adamantinum pectus vxor lacrymis emolliat, liberorumque imbecillitas, paternos obtutûs necessarios habens. Enimuerò nihil horum vestrâ potius habuimus salute. Quin neglectis omnibus, ac grandi classe magnum transmittentes pelagus, marisque ac tempestatum nos casibus exponentes, nullâ nobis condictâ mercede, ac nec speratâ, exceptâ vtilitate vestrâ, venimus pro vobis armati, haud secus ac pro nobis ipsis ac parentibus: multisque ante descensum è nauibus defuncti periculis, cum Barbaris magnâ prohibentibus virtute, non sine grandi discrimine ac labore primis eorum repressis, ad præsidium venimus, tum quidem vobis omni maius pretio; nunc autem, quòd habeatis, ne in accessionis quidem partem habitum: Deaque benè propitio, illud quidem cepimus; hostesque turpi fugâ recedere coëgimus, ac demum vestros illic captiuos recepimus: armisque ac annonâ, virisque, ac omnibus necessariis præsidium instruentes, vrbem vobis tradidimus, quâ vteremini tanquam propriâ: quodque hactenus impossibile ore omnium ferebatur, fieri non posse, vt deficiente Callipoli libertatem tueremini; ac quod vniuersi inter impossibilia habebant, vt ea recuperari posset, hoc modò præter opinionem præstitum est; ac quidem vos freti domini estis, potestisque portubus illic positis benè vtentes, Barbarorum cohibere latrocinia ac eruptiones. Siquidem, inquam, ista dixerint, fuerintque causam percontati. *Vt quid vos optimi, nullumque agendis, præstitutum vobis volentes finem, ea consecuti quorum tenebamini desiderio, vobis iterum libertatem inuidetis, ac mancipari vultis? Hoc enim vobis vult, quòd iterum vrbem in manûs tradatis Barbaris:* Quid dicturi sumus? Quid per Deum responsuri? Planè necesse vt demisso in terram vultu, dicta omnia pudore admittamus, quibus nihil iustum ad defensionem suppetat. Cæterùm, nedum ad illos, verùm etiam ad omnes totâ Europâ Christianos, eum vobis sermonem esse, putandum sit. Sciunt enim omnes, quæ illis huc excurrentibus gesta sint: vtque nunc dimittamus, quæ tantis periculis com-

A τὴν οἴκοι μετὰ τῶν συγγενῶν ἀπολαύειν ἡδίστην, καὶ μὴ περιεργάζεσθαι, μηδὲ τὴν ἀπὸ τοῦ πολέμου κακοπάθειαν καὶ τὰ ἑτέρων τύχης κληρονομεῖν. ἦσαν δὲ τοῖς πλείοσιν ἡμῶν καὶ γυναῖκες καὶ τέκνα· αἱ μὲν, ἀνδρῶν· τὰ δὲ, πατέρων δεόμενα. καὶ ἴστε τοὺς τῆς οἰκίας ἔρωτας, καὶ ὡς τὴν ἐξ ἀδάμαντος καρδίαν, γυνὴ δακρύουσα μαλάξειεν ἄν, καὶ τέκνων ἀσθένεια πατρικῶν ὀφθαλμῶν δεομένη. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἡμῖν πρὸ τῆς ὑμετέρας γέγονε σωτηρίας· ἀλλὰ πάντων ὑπεριδόντες, καὶ μεγάλῳ στόλῳ μέγα πέλαγος διαβάντες, καὶ ταῖς τῆς θαλάττης καὶ τῶν χειμώνων τύχαις ἡμᾶς αὐτοὺς ὑποθέντες, οὐδενὸς ἡμῖν προειρημένου, ἀλλ' οὐδ' ἐλπιζομένου, πλὴν τῆς ὑμῶν ὠφελείας, μισθοῦ, ἥκομεν ὑπὲρ ὑμῶν οὐχ ἧττον, ἢ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν γονέων, τὰ ὅπλα θέμενοι· καὶ πρὶν τῶν νεῶν ἀποβῆναι, πολλὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους κινδυνεύσαντες, μεγάλῃ δυνάμει τὴν ἀπόβασιν εἴργοντας, οὐκ ἄνευ κινδύνων καὶ πάνυ πολλοῦ τοὺς πρώτους αὐτῶν βιασάμενοι ἐπὶ τὸ τεῖχος ἥκομεν· ὃ τότε μὲν ὑμῖν, πάντων ἀντάξιον· νῦν δ' ἐπεὶ τοῦτ' ἔχετε, μηδ' ἐν προσθήκης μέρει δοκοῦν. καὶ Θεοῦ τυχόντες εὐμενοῦς, εἵλομεν μὲν ἐκεῖνο· τοὺς δὲ πολεμίους αἰσχρῶς φυγεῖν ἠναγκάσαμεν. ἀνελαμβάνομεν δὲ τοὺς ὑμετέρους αὐτόθι δουλεύοντας· ὅπλοις δὲ, καὶ σίτῳ, καὶ σώμασι, καὶ πᾶσιν ὧν ἔδει τὸ τεῖχος ἐπισκευάσαντες, παρεδώκαμεν ὑμῖν τὴν πόλιν ὡς οἰκείαν κεκτῆσθαι· καὶ τὸ τέως ὑπὸ πάντων θρυλλούμενον ἀμήχανον, ὡς τῆς Καλλιπόλεως ἀφεστώσης ἀμήχανον μὴ δουλεῦσαι· καὶ ὃ πάντες ἕν τι τῶν ἀδυνάτων ᾤοντο, ταύτην ἐπανασῶσαι, τοῦτ' ἤδη παρὰ δόξαν ἐκπεπέρανται· καὶ κύριοι μὲν ὑμεῖς τοῦ πορθμοῦ. ἔξεστι δὲ τοῖς αὐτόθι λιμέσι χρωμένοις, τὰς τῶν βαρβάρων λῃστείας καὶ τοὺς ἔκπλους ἀνείργειν. εἰ δὴ ταῦτα λέγοιεν, καὶ τὴν αἰτίαν πυνθάνοιντο· τί δή ποτ' ὦ χρηστοὶ, καὶ πρὸς μηδὲν τέλος ὁρῶντες ἐν οἷς πεπράχατε, ὧν πρὶν ἐπεθυμεῖτε τυχόντες, πάλιν ὑμῖν αὐτοῖς τῆς ἐλευθερίας φθονεῖτε, καὶ δουλεύειν αἱρεῖσθε. E τοῦτο γὰρ ὑμῖν βούλεται τὸ τοῖς βαρβάροις πάλιν ἐγχειρίζειν τὴν πόλιν. τί ἐροῦμεν· ἢ τί ἀποκρινούμεθα πρὸς Θεοῦ. πάντως ἀνάγκη κύπτειν εἰς γῆν, καὶ συγχωρεῖν μετ' αἰσχύνης οἷς λέγουσι, τῷ μηδὲν ἔχειν δίκαιον ἀντειπεῖν. καὶ μὴν οὐ πρὸς ἐκείνους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντας τοὺς τὴν Εὐρώπην οἰκοῦντας Χριστιανοὺς, οἴεσθαι χρὴ τὸν αὐτὸν ὑμῖν εἶναι λόγον. ἃ γὰρ ἔπραξαν οἱ δεῦρ' ἐκπλεύσαντες ἐκεῖνοι, ἅπαντες ἴσασι. καὶ νῦν αὖ τὰ μετὰ τούτων

κινδύνων κτηθέντα προϊέμεθα, πάντως οὐκ ἀγνοοῦσι. τίνας τοίνυν οὕτω δεινοὺς λέγειν πέμψατε, Ἰταλοῖς, Γαλάταις, Γερμανοῖς, Κελτοῖς, Ἱσπανοῖς· τοῖς ἐν ταῖς ἠπείροις· τοῖς ἐν ταῖς νήσοις· τοῖς ἔξω Γαδείρων, οἵ τινες ὑπὲρ τῆς αἰσχύνης ταύτης καὶ τῆς ἀπονοίας, πρὸς πάντας ἀπολογήσονται. καὶ ταῦτα, τῶν μὲν ἐγκλημάτων οὐδένα λόγον ἐνδεχομένων· ἐκείνων δὲ, τῶν μὲν τοῖς ἀπολλυμένοις συναχθεσθέντων· τῶν δ᾽ ὀργιζομένων, ἐφ᾽ οἷς ματαίους αὐτοῖς ὑπὲρ ἡμῶν πεποιήκαμεν πόνους. τίνας δ᾽ ἡμῖν οἴεσθε καὶ παρὰ τῆς ἐκκλησίας ἀρὰς ἐπαχθήσεσθαι, ὁρώσης οὐχ ἡμᾶς αὐτοὺς μόνον δι᾽ ὧν ποιοῦμεν προδεδωκότας τοῖς ἀσεβέσιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσι Χριστιανοῖς τοῦ κακοῦ τούτου γινομένους αἰτίους, οὗ τῶν πώποτε τολμηθέντων, οὔτ᾽ ἐναγέστερον, οὔτ᾽ ἀπανθρωπότερον εἴποι τις ἄν.

Τίνας δ᾽ ὑπὲρ ἡμῶν εὐχὰς ἢ καὶ θυσίας προσοίσει, ὁρῶσα πάντας ἑκόντας οὑτωσὶ τὰ χείριστα αἱρουμένους. μᾶλλον μὲν οὖν, πῶς οὐ καὶ καταράτους τοὺς τοιούτους ἐπιχειροῦντας ἡγήσεται. ὑπὲρ γὰρ τῶν τὰ ἀγαθὰ σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις βουλομένων, καὶ ὅπως τούτων τύχοιεν τοῦ Θεοῦ δεομένων· οὐ τῶν ἐξ ἐπιτηδὲς ἑαυτοὺς ἀπολλυόντων, καὶ θύειν καὶ εὔχεσθαι καὶ πάντα ποιεῖν ἀξιοῦμεν. κατηγορεῖαι δὲ καὶ ἀραὶ παρὰ πάντων, εἴ τις ἑαυτὸν προδιδοὺς, καὶ τοὺς ἄλλους προσαναγκάζοι. τίνας δ᾽ ἡμῖν καὶ συγκαλέσει συμμάχους, ἢ μετὰ ποίας γνώμης ὑπὲρ τῆς πρὸς ἡμᾶς διαλέξεται βοηθείας. τίνας δὲ καὶ πείσει ποιεῖν καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ ἡμῶν, ὅταν εἰς τοὐναντίον αὐτῇ τὴν σπουδὴν ὁρᾷ τελευτῶσαν. ἃ γὰρ ὁ Κόμης ὑπὲρ ἡμῶν ἐπόνησεν ἐκείνῃ πεισθεὶς, τούτων ὑμεῖς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους μετενεγκεῖν τὴν ὠφέλειαν βούλεσθε. ὅλως δὲ τίνας χρὴ προσδοκᾶν ἔσεσθαι συμμάχους ἡμῖν, εἰδότας ὡς οὐδὲν οὔτ᾽ αὐτοῖς, οὐδ᾽ ἡμῖν, ἔστ᾽ ὄφελος ὧν πονήσουσιν, ἡμῶν τὰ τῶν πολεμίων ἆθλα πάλιν τοῖς ἐχθροῖς ῥιπτούντων μετὰ τὸν πόλεμον, καὶ μηδενὸς ἡμῖν λειπομένου ὑπὲρ οὗ χάριν αὐτοῖς εἰσόμεθα τῶν κινδύνων, ὃ μόνον τοῖς ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἠγωνισμένοις λείπεται πρὸς παραμυθίαν. οἱ γὰρ εὖ παθόντες, ῥίψαντες τὰ δοθέντα, οὐδὲ τοῖς εὐεργέταις χάριν ὁμολογοῦσιν, ὧν ἔδοσαν. ἀλλὰ μὴν, εἰ μήτ᾽ αὐτοὶ οἰκείᾳ δυνάμει τοὺς ἐχθροὺς ἀμυνούμεθα, καὶ τοῖς συμμαχεῖν δυναμένοις ἄντικρυς

A parata fuerunt, haud planè sunt nescituri. Quos ergo faeundos adeò oratores missuri estis ad Italos, Gallos, Germanos, Celtas, Hispanos: ad eos qui continentem, quique insulas habitant; ac qui extra Gades; qui pro probro hoc ac amentiâ, omnibus satisfaciant? Atque hæc verò, cùm accusationes nullam rationem admittant; illique, partim quidem pereuntibus condoleant, partim in iras efferueant, quòd B susceptos ab eis pro nobis labores cassos reddiderimus. Quas verò etiam ab Ecclesiâ nobis inflictum iri existimatis diras; quæ videat, vt nedum ipsi nos, iis quæ agimus, impiis prodamus, verùm etiam Christianis vniuersis, mali huius efficiamur auctores, quo, inter omnia vnquam commissa, nihil quisquam scelestius. autue alienum magis ab humanitate dixerit.

Ecclesiæ diras ac Censuræ in prodentes inhi- delitatem Christianam.

Quasnam verò pro nobis preces, seu etiam sacrificia, oblatura sit, cùm sic omnes vltrò videat præoptâtes pessima? C Quinimò, quomodò non deuotos ac execrabiles habeat, eos qui têtant talia? Pro iis enim, qui sibi ipsi ac reliquis bona volunt, Deumque orant vt ea consequantur; non pro iis, qui de industriâ perdunt seipsos, lubentes sacrificia ac preces offerimus, aliaque omnia molimur. Vituperia autem ac maledicta ab omnibus, vt quis prodens seipsum, abundè alios in idem cogat. Quosnam verò etiam nobis aduocabit socios, quòve animo pro mittendo nobis auxilio differet: quibusnam verò etiam persua- D deat, vt quid faciant pro nobis, ac pericula adeant, cùm studium suum ac operam videat in contrarium versam? Quæ enim Comes eius suasu pro nobis laborauit, horum vos in Barbaros commodum transferre cogitatis. Omninò autem quosnam nobis belli subsidio fore speramus, cùm sciant, nullum laborum, neque ipsis, neque nobis exiturum fructum, deuictorum nobis præ- E mia hostium, iterum proiicientibus inimicis post confectum bellum, nulloque nobis reliquo, pro quo eis periculorum ergo gratias habeamus, quod vnû iis, qui pro aliis decertarunt, reliquum manet ad solatium. Qui enim beneficio donati, accepta prouiciunt, ne beneficis quidem pro datis gratias habituri sint. Atqui, cùm neque nostrâ ipsi virtute hostes vlturi simus, ac valentibus ferre auxilium palam denunciemus ex iis quę

facimus, vt nos fugiant, quid superest, nisi vt ambabus vinctis manibus, supplices hostibus accidamus, ac lucri loco deputemus, modò tantùm vitam indulgeant?

Quocircà cùm deliberatis, num Callipolis tradenda sit, nihil mihi aliud videmini præstare, quàm vt quæratis, num maius ad gloriam sit, ac omnibus modis conducibilius, vitam in libertate agentes, nostris frui rebus, ac eas retinere; vel eis proiectis, amplecti paupertatem; vimque ac iniuriam Barbarorum, pluris aliorum gloriâ facere. Enimuerò, ipsa hæc omninò emotæ mentis homines ad sobrietatem possint componere. Nemo enim adeò miser, vt cùm aliis imperare liceat, aliis velit obedire; idque maximè viris pessimis ac infensissimis; nedumq; nullam inde habens mercedem, quin & ipse propria conferens. Quòd si qui, nullâ quidem ipsi ratione hisce contradicere audent, quòd & ordine & naturâ rerum ita hæc definita sint, sicque Græci pariter atque Barbari omnes existiment, sitque omnibus inditum à naturâ, vt ne hostibus propria dimittant: timent verò imminentem famem, ac quod segetes quidem iam surgente culmo altas videant; hostesque nihilominus terram populantes, ac suburbana præsidia capturos, quique omnia subinde directuros comminentur, eóque concedendum volunt, quæ illi flagitant, leuius arbitrantes lædi alia, quàm vt patria intereat. Primùm quidem nouerint qui hæc orant, non ea dicere quibus mala leuiora præstemus, sed potiùs quibus malorum fiat accessio. Neque enim eos vllosve alios dicturos puto, idcircò nobis hæc conflata mala, quòd vrbes nostras non dimiserimus Barbaris; cóque id medium fore quo cômodior fortuna redeat, vt eas tradamus: secùs verò, quòd nostrâ incuriâ captæ fuerint, hoc præsentes nobis inuexit necessitates. Haud verò quibus res, cùm magnæ essent, viles factæ sunt ac imminutæ, iisdem conandum sit pristino splendori restituere. Quinimò tantùm abest, vt & modò quæ restant debeamus dimittere, quantùm etiam vniuersos videmus, alia aliaque nouum comparando, non sua proiiciendo, diuitiis augere. Vos autem haud aliud facitis, quàm si quis membra amputans, corpus vegetum robustumque existimet seruatum iri: vel qui tradendo substantiam volentibus rapere,

Ratio tradendæ Callipolis vt ne Barbari segetes ac suburbana Constantinopolis diripiant vana.

A προσεροῦμεν δ' ἂν ποιοῦμεν φεύγειν ἡμᾶς, τί λοιπὸν, ἢ τὼ χεῖρε δήσαντες τοὺς ἐχθροὺς ἱκετεύειν, καὶ μόνον ἂν συγχωρῶσι ζῆν, κέρδος ἡγεῖσθαι.

